BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
16 A
36

M

M: Dom Soc Jes: Cat Inscr. B. S. 501

PRACTICA
ET THEORICA
CAVSARVM CRIMINALIVM,
Nouiſſime in lucē edita, per Dominum
Iacobum de Nouello, Iur. Doct.
& Aduocatum Venetum.

ADMODVM VTILIS, ET
neceſſaria, tam Iudicibus Maleficiorum, quam
Cancellarijs D. Rectorum Terræ firmæ,
cum Summarijs, Repertorio, ac
quamplurium rerum ſcitu
dignarum Additione.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS
M. D. LII.

IACOBVS NO-
VELLVS DOCT. IOANNI
RHENERIO OLIM
clariſſimi D. Federici.
S. P. D.

PERSArum Reges (ſi hiſtoricis monumentis fidem adhibemus) præter cætera animi uitia, ingratitudinem infenſius oderant, & acerrime plectebant. Quod quidem ſacrum inſtitutum, licet prius ab Athenienſibus comprobatum fuerit, iuris ua

tes antiquiſsimis Romanorum legibus inſerendum(neque immerito)exiſtimauerunt. Nonne & ego compater Clariſsime in teterrimã huiuſce improbitatis uoraginem illapſus fuiſſem, ni poſt noſtrum è Taruiſio redditum, & honeſtam & neceſſariam ſcribendi occaſionem nactus fuiſſem? Quæ mihi quidem oblata fuit, cum in librariorũ apothecis uarios inſpexerim ac plures recẽtiores, in hoc genere cauſarum criminalium ſparſim ſcripſiſſe propè infinita, quæ in quotidiano uſu non habẽtur, quæ uero dietim practicantur, & per quam neceſſaria ſunt, omiſiſſe. Quapropter non ab re mihi uiſum fuit ad communem omniũ utilitatem, uerã Cauſarũ Criminaliũ Practicam unà cũ Theorica

ſub fœliciſſimo nominē tuo in lucem proferre, præſertim cum in unaquaque diſciplina, omnes operum conditores cuiſpiam Principi ſeu ſublimi uiro lucubrationes ſuas dedicare ſtudeant, ne abſq; nomine in publicum producantur. Neque te exiſtimare uelim, id à me factū fuiſſe, ut mihi gloriam aliquam, aut famam aucuparer, cum in tam perexiguo opuſculo quidquā laudis ineſſe minime poſſit, atqui ad id potiſſimum ſum adductus ut prodeſſem et amicis, qui ad maleficiorum officia continuo aſſidere ſtudent, atq; procurant. Exiguum eſt profecto munuſculum quod damus: ſi hoc conſpicis, id tamen libentiſſime tibi offerimus, propterea quod nunquam es dedignatus munera noſtra accipere

animo per quam alacri, ſolitus imitari ſapientis Artaxerſis Perſarum Regis morem, qui non minus hilari uultu parua Dona quam magna accipere ſolebat, cum mihi ſit compertiſsimum quam mirifice & literas & literarum profeſſores complectaris, foueas, atque extollas, eoſque maximis ſtipendijs proſequaris, optime perpendens literas omnium uirtutum ſolidum eſſe hominibus fundamentum, unicumque præſidium. Nec me latet cum Taruiſio præſideres, & cauſarum patroni tuam adirent præſentiam, in ijſque agendis uterentur cauillationibus, ac ſolitis uerſutijs, quam celerrime perſpicaciſſimo ingenio tuo patefaceres eis ubi difficultatis nodus conſiſteret, ita ut bre-

uiſſimo quidem tempore, & tua præcipua iuſtitia, & æquitatis obſeruatione cunctos Reipublicæ Taruiſinæ ſubditos ſub bene, rectéque uiuendi norma redegeris, ut diuini nominis tui perpetuo reminiſcantur. Nec omitto in poſtrema tui Magiſtratus functione quanta cura, uigilantia, ac ſapientia cõſulueris pernicioſis machinationibus & grauiſſimis, urbi illi per quoſdam molitis, ſolitoque ſtudio irritas ac inanes reddideris ita, ut in redditu tuo ad Patriam, quietam & pacatam urbem ciuibus Taruiſinis & populo reliqueris, eoque non ſolum laudandus, extollendus & decantandus ſis, ſed tanquam Sol radians præ omnibus & ſingulis illius ciuitatis præſulibus elu-

ceſcas. Reliquum eſt, ſi meum hoc tibi opus gratum eſſe ſenſero, ut quidquid deinceps aggrediar fœliciſsimo nomini tuo iure merito dedicare debeam. Vale. & me (ut ſoles ama.)

INDEX EORVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

FORMÆ tres inquiſitionum pro homicidio penſato.
Ináitia, ſuſpitiones & præſumptiones in caſu prę meditati homicidij.
Formæ tres pro homicidio puro.
Inditia in caſu puri homicidij.
Formæ duæ pro homicidio caſuali.
Dubia in materia dicti homicidii.
Forma conſtituendi vulneratos vel percuſſos in omni caſu tam cum periculo mortis q̃ ſine.
Formæ duæ contra fures inquiſitionum.
Inditia & ſuſpiciones in caſu furti.
Forma inquiſitionis contra ſodomitas.
De eorum pœnis in materia tam de iure ciuili ꝙ Cauonico.
Formæ duæ pro inſultu vulneribus ac percuſſionibus, inquiſit.
Dubia & quæſtiones in dicto caſu inſultus.
Forma inquiſit. contra producentes teſtes falſos.
Quot teſtes in omni caſu requirantur ad probandum maleficium.
Forma inquiſit. contra fractores confinium.
Forma inquiſit. contra delatores armorum et pro inſultu ac blaſphemia.
Alia in materia blaſphemię tantum.
Dubia & quęſt. in caſu blaſphemię & eorum pœnis.
Forma accipiendi conſtitutos de plano a pręſenta-

tis vel recentis.
Forma deſcribendi vulnera cadauerum quæ appellatur viſum & repertum.
Forma conſtituendi reos ad quæſtionem ſeu ad locum torturæ.
Forma relaxetur per nunc ex carceribus duobus modis.
Forma inquiſit.contra illos qui vi intrãt domum alicuius.
Quæſtiones & dubia in materia adulterij, inceſtus & Leonicinii.
Forma inquiſit.contra Monetarios.
Quæſtiones & dubia in dicto caſu & de pœnis eorum.
Forma condemnationum contra reos in omni caſu criminali.
Regula, ſpoliatus de facto, de facto reſtitui debet cum fallent.nume.50.
Forma inquiſitionis in crimine.ll.Maieſtatis.
Quæſtiones & dubia in dicto caſu & de pœnis eorundem.
Tractatus de concordia, pace, tregua, & eorum priuilegijs, numero centum, & quatuordecim.

FORMA INQVISITIONIS PRO PENSATO.

HAEC eſt quædam inquiſitio, titulus ſeu forma inquiſitionis quæ ſit, & fieri intenditur per Magnificum & Clariſſimum. D. Ioannem Rheinerium digniſſimum Poteſtatem & Capitaneum Taruiſij: nec non per ſpectabilem D. Iacobum de Nouello eius iudicē maleficiorum, ex eorum & cuiuſque eorum poteſtate, arbitrio, authoritate, atque bailia contra, & aduerſus

Sempronium filium Antonij
Maraboto mandantem.
Accurſium filium Ioannis — *pub. homicidas.*
Theut mandatarium.

IN EO, de eo, & ſuper eo, quod fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione ſic referente nō quidem a maleuolis & ſuſpectis, ſed a veridicis, & fide dignis perſonis, non tantum ſemel, ſed ſæpe ac ſæpius, ad aures & notitiam prælibati clariſſimi D. poteſtatis eiuſq; ſpect. Domini iudicis etiam per modum Notorij auditu peruenit, quod dum Sempronius prædictus maximo proſequeretur odio D. Titium & Gaium fratres ex cauſa omnibus ſatis nota, decreuiſſetq; ob id vindictam ſumere et eos male tractare, quibuſdam perſonis communicare habuit, che piu preſto ei mangeria ſuoi figliuoli per brama di pa-

ne, che laſciargli queſta vendetta: & ſubinde habito colloquio, & tractatu in pluribus vicibus tam in hac ciuitate, quàm in villa Pontiani cum Accurſio inquiſito de inueniendo in aliquo loco apto præfatum Titium ad huiuſmodi homicidium committendum & perpetrandum, in executione huius nefandæ ac deteſtandæ deliberationis. Idem Accurſius volens & cupiens rem ſibi iniunctam executioni demandare, ſub die. 27. Februarij proxime exacti circiter horam dimidiã noctis ſe poſuit in inſidiis retro certum pilaſtrum ex oppoſito domus Iacobi fabrilignarij ſitæ in contrata Sileti, vt melius præfatum Titium incautum offenderet, obſeruans continuo aduentus præfati Titii illac tranſeuntis, qui nil mali ſibi euenire cogitans, ſed domum ſuam tendẽs cum ad locum inſidiarũ applicuiſſet, idem Accurſius inquiſitus Deum pręoculis non habens, ſed potius inimicum humani generis manibus poſitis ad enſem, quam nudam ſubtus capam tenebat, furibunde irruit ad perſonam præfati Titii & nullis per eum dictis percuſſit, & vulnerauit cæſim in crure ſiniſtro uno magno ac profundo vulnere cum inciſione carnis oſſis, ac cordarũ & effuſione ſanguinis, ex quo quidem vulnere domum delatus vitam cum morte commutauit, præſtantes ſibi inuicem & viciſſim auxilium, conſilium & fauorem cohoperãtium ad dictum homicidium & nefandiſſimum ſcelus perpetrandum, committẽtes prędicta omnia ſcienter, doloſe, proditorie & apenſate contra Deum, ius & iuſtitiam, & in vilipendium regiminis.

Super quibus omnibus & ſingulis. &c. annexis, connexis, ac emergentibus, & ab eis dependentib. prędictus D. Poteſtas & Iudex & quilibet eorum ſecundum formam iuris procedere intendũt, & repertos culpabiles punire, & condemnare ſecundum formam iuris, & ſtatutorum communis. Tar. &c.

PRO PENSATO
INQVISITIO.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit, & fieri intenditur per Magnificum & Clariſſimum dominum. &c. contra & aduerſus.

Antonium Pariſoto de Villa Pagnani	
Baptiſta de Cumo de Baſſano	De Ter. *Aſilij proditores. & publi. homicidas.*
Hieronymum pullinarium	
Sebaſtianum Fachinetum de Muſolenta	
Et alios qui pro nunc tacentur.	

IN eo, de eo, & ſuper eo, quod fama publica pręcedente & clamoſa inſinuatione ſic referente, non quidem a maleuolis, & ſuſpectis, ſed potius ab honeſtis, veridicis, & fide dignis perſonis, non ſemel tantum, ſed ſępe ac ſępius, ad aures, & notitiam prębati clariſſ. Do. poteſtatis & Capi. etiam pro modum notorii auditu prouenit, ꝙ in die martis 22. Nouemb. exacti, prędictos omnes inquiſiti publici homicidiarii, aſſaſſini, fures, & inſignes latrones cum pluribus aliis complicibus, & fautori-

bus loco,& tempore propalandis Deum prę ocu lis non habentes, ſed potius inimicum humani ge neris,parum timentes leges diuinas,& minus hu manas,ac decreta Excellẽ. Conſilij.X.facta prius ſecta, tractatu & coadunatione ipſorummet, & aliorum nominandorum ac dato ordine,& tracta tu de interficiendo, & male tractando Hebræos loci Aſilij ſeſe unanimes, & concordes reduxerũt in loco Aſilij per ſingulas domosHebręorum,hoc inter ſe firmato ordine, & deliberatione ꝙ prædi cti inquiſiti accederent, & ſe conferrent in apothe cis,& domibus eorundem Hebręorum fingentes & ſimulantes ſe velle emere pannos,veſtimenta, ac alias merces,& vno ipſorum inquiſitorum exi ſtente ſuper ſtratis publicis dicti loci exſibillante, ohe,ohe, ambas manus pulſante omnes prædicti inquiſiti deberent ſine aliqua mora diuiſi per ſin gulas earum domus illico irruere cum manarinis, piſtorienſibus,& baſtonis ad eorum perſonas,eoſ que interficere:in executione cuius nefandæ,ac de teſtandæ deliberationis, & rebus ita ſic diſpoſitis explorantes prædicti inquiſiti quod omnes ciues, & habitatores dicti loci ſe reduxerant in eorũ do mus,ad ſumendum prandium,illico prædicti inq ſiti tanquam canes rabidi, & Hebræorum ſangui ne ſitientes,facto,& audito ſigno prædicto exiſtẽ te ſuper ſtrata publica Antonio Pariſoto uno ex di ctis inquiſitis dicente,ſu valent'huomini amazza te,amazzate, illico oẽs irruerunt ad perſonam di ctorum Hebræorum & alios occiderũt, quoſdam vero percuſſerunt & vulnerauerunt diuerſis per cuſſionibus,&c. Et non contenti de prædictis, ſed malum malo, ac facinus facinori addendo, & in ſuis malis operationibus perſeuerando interfectis,

& vulneratis illico prædictis Hebræis, aſcenſiſque eorum ſcalis habitationum, prædicti inquiſiti profecti ſunt in eorum thalamos, & fractis capſis ſub traxerunt pecunias, cingulos ſiricos, & annulos aureos, non modici pretij & valoris, & inde rece dentes propter clamorem perſonarum dicti loci ſeſe in fugam dederunt & reducentes ſe extra ciui tatem ſe contulerunt in Villa Muſolenti, & prædam, ac bona ipſa inter ſe diuiſerũt, & in vſus pro prios conuerterunt, & vt latius in proceſſu continetur. Committentes prædicti inquiſiti dictum homicidium, exceſſum & rapinam ſcienter, doloſe, proditorie, apenſate, ex propoſito atque data opera contra Deum, ius, & iuſtitiam, & in vilipendium regiminis. &c.

Super quibus omnibus & ſingulis. &c. annexis, connexis.

FORMA PRO PENSATO INQVISITIONIS.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit, & fieri intenditur per Magnificum & Clariſsimum Domi. Poteſt. & Capita. &c. contra & aduerſus.

Titium,
Sempronium, & *pub. homicidiarios.*
Accurſium,

IN eo, de eo, & ſuper eo. &c. Quod prædicti inquiſiti cum alijs qui pro nunc tacentur homines nequam, ſcandaloſi, ſeditioſi, ac flagitioſi parum timentes leges diuinas, & minus hamanas, ac decreta Illuſt. Cõſilij. X. auſi ſunt diuerſis vicibus,

diebus, & locis medio diuerſarum perſonarum, et conſpiratorum diuerſarum illarum territorii Aſilii tractare de interficiendis, & deprędandis Hebręis loci Aſilii, & de ſuſcitando, & coadunando quamplurimos ruſticos dicti territorii ad tale facinus ꝑpetrandum, promittendo eis auxilium, cōſilium & fauorem & eos verbis incitando, ac exhortando ad facinus perpetrandum, vtendo opera, & miniſterio Antonii pariſoti, Hieronymi pulinarii, & aliorum complicum ad eorum tractatum, & ordinem exequendum, inuitando etiam illos non ſolum ad dictos Hebręos depredandum, occidendum, & ſubripiendnm eorum pecunias, & bona. Sed etiam ad portandum res ipſas deprędatas in domos ſuas, Quinimmo die martis. 22. Nouemb. Quo tempore ſequuta fuit deprędatio, & occiſio ipſorum Hebręorum dum prius cōpoſitis rebus, & firmato tractatu, & ordine Titius vnus ex p̄dictis inquiſitis iter faceret verſus Monaſterium ſanctę Catherinę obuiauit Ioanni Baptiſtę de Cumo cum multis aliis complicibus, qui ex ordine dato ſeſe conferebant ad committendū prędicta, & eis habuit dicere, ſu valent'huomini fate da ſenno, & non da beffe, ne vi ſmarrite come feſti l'altra volta. Eos inuitando, animando, ac perſuadendo, & exhortando vt omnino vellent interficere & deprędari dictos Hebręos, ita ꝙ eorum perſuaſionibus, ſuggeſtionibus, & promiſſionibus ſequuta fuit ſtrages, & deprędatio ipſorum Hebręorum Aſilii, & poſtea bene conſcii ſcelerum ſuorum illico ſe abſentauerunt a territorio, de quibus omnibus latius in proceſſu ipſo ſatis luculenter apparet. Accurſius vero retentus licet in aliquibus conſtitutis tam de plano, quam ad tor-

turam

turam negauerit prædicta ſic a ſe vt ſupra commiſſa confeſſus tamen fuit de plano ſe per antea intellexiſſe ab Antonio Pariſoto de Pagnano uno ex principalibus huius ſeditionis de ordine, & tractatu interficiendi, & deprędandi Hebræos prædictos, & tamen contra formam partium Excellen. Conſi. X. & in earum executione proclamationū factarum de mandato ſuæ magnificentiæ non manifeſtauit, et propalauit cum tamen per ipſam partem, & proclamata ſtatutum eſſet quod ſcientes, & non manifeſtātes caderent in eandem pœnam cum principalibus malefactoribus, ex quibus ſimul iunctis prædicti inquiſiti reddūtur conſcij, & culpabiles tanti facinoris, & ſeditionis cum alijs quampluribus. Quæ contra eos tam ex manifeſtationibus, & aſſertionibus reorum cōuictorum, quam ex alijs in proceſſu colligibilibus clare patet. Committentes prædicta ſcienter, doloſe, ſeditioſe, proditorie conſulto, & apenſate, locis modo, ac temporibus, prout latius in proceſſu cōſtat in contemptum mandatorum illuſt. Conſilij. X. proclamationum ſuper inde factarum in vilipendium iuſtitiæ, damnum, præiudicium, & ruinam ipſorum Hebræorum & contra formam pacifici, & quieti ſtatus, & malum exemplum alioꝝ, dantes ſibi inuicem, & viciſſim auxilium, conſilium, & fauorem cohoperatiuum ad prædicta committendum, & perpetrādum, & vt latius in proceſſu.

Super quibus omnibus & ſingulis annexis, connexis, dependentibus ab eis intendit idem Clariſſ. d. Poteſtas cum dicto D. Iudice maleficio, inquirere, & procedere & repertos culpabiles punire, & condemnare iuxta formam Iur. & ſtatutoꝝ prout ſibi melius de iure videtur conuenire. &c.

SVMMARIVM.

A ☞ Inquiſitio quid ſit & quotuplex ſit.

1 Crimina quædam ſunt priuata, quædam uero publica.

2 Crimina publica, quæ dicantur.

3 Crimina leuia, grauiora, & quæ grauiſſima nuncupentur.

4 Extraordinaria crimina, an pro motu iudicis puniantur.

5 In delictis ubi pœna non eſt a lege determinata, an arbitrio iudicis committatur.

6 Crimina leuia, quæ dicantur.

7 Iudex, an debeat procedere ad retentionem alicuius rei, legitimis indicijs non præcedentibus.

8 Fugitiuus, an poſſit carcerari legitimis inditijs non præcedentibus.

9 Reus fugitiuus fractis carceribus, an pro confeſſo habeatur.

10 Fugitiuus quis dicatur.

11 Reus deprehenſus in fragranti crimine, an ſine proceſſu damnari poſſit.

12 Quotuplex ſit ſpecies Notorij.

13 Notorium quomodo differat a manifeſto.

14 Inditia quæ & qualia eſſe debeant in materia præmeditati homicidij.

15 Inditia, an ſint arbitraria.

16 Inditia per duos teſtes probari debent.

17 *Inditia ad torturam qualia eſſe debent.*

18 *Fama de per ſe, an ſit ſufficiens inditium ad torturam.*

19 *Inditia quædam ſunt generalia, alia remota, quædam propinqua.*

20 *Inditia ad iudicem informandum quæ ſint.*

21 *Inditia ſufficientia ad quæſtionem habendam.*

22 *Inditia indubitata, & ad condemnationem ſufficientia, quæ ſint.*

23 *Præſumptio, an ſit minor inditio.*

24 *Secreta ad aures locutio ante homicidium, an arguat inditium præmeditati homicidij.*

25 *Obſeruatio loci, an faciat inditium ad homicidium committendum.*

26 *Exercens ſe in armis in non ſolito, an habeat inditium contra ſe.*

27 *Proditio, an ſit ſufficiens ſignum ad homicidium committendum.*

28 *Vulnerans ad uiam capitis, an habeat indicium contra ſe ad homicidium præmeditatum.*

29 *Percutiens pluries cum baculo, an habeat animum occidendi.*

30 *Geminatio, & reiteratio in uulneribus, an habeat quid exceſſus.*

31 *Animus, an coniecturis, & præſumptionibus probetur.*

32 *Tranſitus inſolitus, an arguat indicium delinquendi.*

33 *Incedentes per uiam non publicam, an habeant*

inditium contra ſe.

34 Frequentatio uiæ aßidua, in quo delictum eſt commiſſum, an faciat inditium.

35 Minæ, & iactationes inſolito illas exequi, an indicium faciant.

36 Facilitas ſe iactandi, & lubricum linguæ, an debeat ad pœnam trahi.

37 Aggreßio nullis dictis, an indiciat ad præmeditationem delicti.

38 Socius itineris nulla intercedente rixa ſi aliquē percutit, an dicatur proditorie percutere:

39 Percutiens ad uiam capitis nullis dictis, an dicatur habere animum occidendi.

40 Proditor quis intelligatur.

41 Tempus noctis, an indiciat ad præcogitata homicidia.

42 Qui male agit odit lucem.

43 Modus percutiendi, an indiciat ad præcogitata homicidia.

44 Percutiens cum baculo ad uiam capitis, an dicatur habere animum ad occidendum.

45 Pluralitas uulnerum, an arguat omnimodam uoluntatem delinquendi.

46 Percutiens aliquem in aliqua parte corporis nō periculoſa pluries cū baculo, an ꝓpter reiterationem cenſeatur habere aīum occidēdi.

47 Geminatio, & reiteratio uulnerum, an ſit ſine ſpe ueniæ.

48 Geminatio, an arguat uoluntatem enixam ad

male agendum.

49 Tractatus deliquẽdi, an arguat præmeditationẽ

50 Plures inculpati de morte alicuius, nec apparet cuius ictu perierit, an omnes ſint ad torturam ponendi.

51 Qualitas armorum, an faciat inditium.

52 Aĩus deliquẽtis, an ex gñe armorũ cognoſcatur.

53 Aſportatio bonorum, an inducat credulitatem ad delicta committenda.

54 Mala uita hominis, an faciat inditium ſufficiens addelinquendum.

55 Vicini malæ conditionis, & famæ, ac ſoliti furari, an poßint detineri pro furto commiſſo in uicinia.

56 Mala fiſionomia, & turpe nomen cũ aliquo indicio, an ſit ſufficiens ſignum ad torturam.

57 Mala fiſionomia, an faciat præſumi, quem procliuum ad ſcelera.

58 Trepidatio, & uox balbutiens, an ſit ſufficiens indicium ad torturam.

59 Varietas, pallor, et trepidatio, an faciãt indiciũ

60 Deus cordium eſt ſcrutator, & cognitor.

61 Animus quib. mediis dignoſcatur, & probetur.

62 Mendarium, & uariatio, an ſit ſufficiens inditium ad torturam.

63 Varietas in teſtibus, an ſit ſufficiens ſignum ad eos torquendum.

64 Iudex, an debeat uariationes reorum in actis redigi facere.

65 Tranſactio ſuper delictis, an faciat inditium.

66 Tranſactio, an habeat uim tacitæ confeßionis.

67 Auxilium, ſiue aſſociatio in homicidio, aut poſt quomodo quis præſtare dicatur.

68 Arma ſcienter accommodans, an dicatur præſtare auxilium maleficio, ſeu delicto.

69 Auxilium cohoperatiuum quando quis præſtare dicatur.

70 Mutuans pecuniam ad emendum arma pro maleficio committendo, an dicatur præſtare auxilium.

71 Recipiens malefactorem in domo, an dicatur præſtare auxilium.

72 Impediens capturam per familiam poteſtatis inſequentem malefactorem, an dicatur præſtare auxilium.

73 Sanguis interfecti profluens ante oculos occiſorum, an faciat inditium.

74 Fuga, an faciat inditium.

75 Fuga antequam contra imputatum inquiratur, an arguat ipſum culpabilem.

76 Rixa ſequuta parum poſt primam, an inditiat ad penſamentum.

Fuga, an ſufficiat ad condemnationem.

77 Geminatio in homicidio, ſeu delicto, an indiciat ad penſamentum.

78 Delatio armorum nudatorum ſub capa, an faciat inditium ad retentionem.

79 Homicidia quot modis committantur.

80 Homicidium qui facit ſemper expectet.

81 Homicidium ſequutum animo non occidendi, an puniatur pœna ordinaria.

82 Homicidium facto ſequuto, an dupplicitér committatur.

83 Homicidia & uerbo, & lingua committuntur.

84 Mandantes, & mandatarij, qua pœna, & quibus legibus puniantur.

85 Inquiſitio, ſeu accuſatio de conſilio, uel mandato, quomodo formanda ſit.

86 Conſulens, perſuadens, & ſollicitans in homicidio, qua pœna puniatur.

87 Aßiſtens maleficio, & prohibere potens, & nõ prohibens, an teneatur ut faciens.

88 Quid de iure canonico?

89 Aßiſtens delicto, & uolens probare ibi caſu euenisſe, an puniri debeat.

90 Si minor committit delictum: factus maior, an puniri poßit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDITIAE QVAE PRAECEDERE DEBENT.

PRISCAM illam inquiſitionum materiam, ad veram quandam formam vtilem, per breuem, ac recentiorem traducere conſtitui ego Iacobus Nouellus Iur. Doct. inter .ll. profeſſores minimus, et omnium oculis ſuis quibuſque locis ſubiicere decreui, quę omnia ſi exacte perpendantur, ſcient omnes, quæ diu iacuerant, ſtudio laborum noſtrorum, vigiliarumque diligentia excitata eſſe, et ad omnium commodum, ac vtilitatem, vbique commorantium in lucem prodiiſſe, et ut noſtro huic operi rectam rationis normam accommodemus, ſciendum
A eſt.† Quod inquiſitio ſecundum Barto. eſt modus proſequendi in iudicio, quod inquirenti debetur hoc eſt quidam modus deducendi in iudicium ius alii competens, nam iudex in illa accuſatione fungitur vice accuſatoris, quę accuſatori competebat, et inquiſitio loco libelli ſuccedit, vt Card. in clemen. ſępe. §. primo. columna ſecunda de verborum ſignificatione. Marſil. in §. conſtante. numero .32. in practi. crimina. Et ideo inquiſitionum materia alia eſt communis et alia eſt exuberans, ſecundum Bald. ſingu. in. c. primo ver. ſi reis de pace tenend. in vſib. feud. ſed quia
1 inquiſitio fit ſpecialiter ſuper criminibus et † crimina quędam ſunt priuata, vt actio furti, iniu-

tiarum, vi bonorum raptorum, & abigeatus, et ſimilia, et ad horum accuſationem nullus admittitur, niſi cuius intereſt, vt per totum titulum.ff.
2 priuat. delict. Quędam verò ſunt † publica, vt homicidium, adulterium, crimen leſę Maieſtatis, et ſimilia, et ad horum accuſationem admittitur quilibet de pupulo, fauore publice vtilitatis, et publicorum iudiciorum quędam ſunt capitalia, quędam non capitalia, vt.l.ſecunda.ff.de publi.iudic. et horum delictorum multa ſunt genera, vt ponit Bartolus.in.l.leuia.ff. de accuſat. Bald.conſilio.412.in quarto volumine per totum.
3 † Quædam ſunt leuia, quędam grauia, quędam grauiora, et quędam grauiſſima, et horum quędam ſunt ordinaria, quibus lex ſtatuit certam pœnam, vt in crimine adulterii, et aliis de quibus in.l.prima.ff.de pub.iud.
4 † Quędam extraordinaria quę pro motu iudicis puniuntur, vt in crimine furti, iniuriarum, et ſtellionatus, et in hiis, et aliis.
5 † Vbi pœna non eſt determinata et certa committitur arbitrio iudicantis, vt.l.hodie.ff. de pœnis.Barto.in.l.prima.§.primo. ff. de efract. et expilat. in princip.Iaſon.in.l.non dubium.ff.de legibus.numero.6.et in.l.iubere.numero.17.ff. de iur. omnium iudicum.
6 † Leuia crimina illa dicuntur in quibus non interuenit dolus, vt damnum iniuria datum. Barto.in dicta.l.leuia, quod quidem leue crimen iudicatur ex qualitate pœnę, et paruitate cauſę, vt Paris de puteo in tracta.ſindica.verſi. iudex, numero.28.fol.73.Bald.ſingu. conſi.412. nume.1.4. vol.idem Bal.in.l.2.C.de lib.et eorum liber.Car. re.in.l.2.C.quomodo app.nõ recip.nu.104.fol.109.

Grauia dicuntur, vt priuata crimina, quæ dolum requirunt, & magnum afferunt præiudicium, vt l.reſpiciendum.§.furta.ff.de pœnis.l.auxilium.§.in delictis.ff. de minor.Bal.in.d.conſi.412. & conſilio.388.4.vol.Flor.in.l.liber.hom. nume.7.ff.ad.l. acquil. Grauiſſima vero illa appellantur crimina publica pro quibus imponitur pœna mortis, vt late Flor.poſt.Bart.in.d.l.liber homo. nume.7. ff. ad.l.acquil. & quia in vtraqueſpecie eorundem, crimina ipſa non debent remanere impunita, vt l.ita vulneratus.§.ſiquis abſurde.ff.ad.l.acquil.l.ſi longius.§.1.ff.de iud.&.l.per omnes. C. de defen. ciuit. ſed vndecunque clareſcant punienda ſunt.c. in eccleſia.23.q.3.

7 † Et ideo antequam iudex procedat ad retētionem, & rei carcerationem ſecundum communes doct. opiniones neceſſe eſt, vt in primis præcedant legitima indicia, vt per Barto. & moder.in.l.fi.ff.de quęſt.Hip.de Marſi.in.l.1.in prin.eo.ti.Blancus in l.fin.nume.2.poſt Franc.Brun.in tractatu de indiciis.colum.2.Cor.conſi.134.4.volu.Iaſon in.l.1.nume.6.C.de ſacro.ſanc.eccle.& in.l.milites.nume. 2.C.de teſt.mil. ac etiam ſecundum decreta Illuſt. Du.Do.anni.1524.21.Martii,& ob id dicuntur inditia ab indagando quia ſunt adminicula ad veritatem indagandam,vt Bal.in.l.ea quidem.2.colu. C.de accuſ.doc.in.l.fi.ff.de quęſt.&.C. cor. conſi. 198.l.n.2.vol. quę quidem regula licet ſit veriſſima fallit tamen in reo fugitiuo,vagabundo, & ſuſpecto.

8 † Quia tunc pręhabita aliquali informatione poteſt illico iudex procedere ad capturam,& carcerationem, ne reus fugiat, vt.l.2.C. vbi de crimi. agi.oport.Saly.in.l. nullus. nume.7.C. de exhib.

reis.l.diuus Adrianus.ff.de cuſt.reorum.Blanc. in l.fi.nu.8.ff de quęſt.Bald.conſi.177.in.2. vol.nu.1. & maxime quando reus fugit per loca deuia & inſolita, quoniam maius contra ſe habet inditium, vt dicit Ioan. de plac.in.l.2.C. de cur. pu. lib.10. Marſi. in ſing.ſuis.nume.93. incipiente iudex.licet.

9 † Vel quando fractis carceribus reus fugam arriperet, quia tunc habetur pro confeſſo, vt Marſi.in rubri.C.de probat.nume.261.Bal.conſi.32.nu.1.3.volu.Iaſon in.l.admonendi.nu.69.& in repet.nume.141.& Bald. late dicto conſi.32.nume.1.3.volumi.

10 † Et quis dicatur proprie fugitiuus vide ſing.Bal. conſi.382.nume.9.5.vol.Alex.in.l.1.§.per ſeruum qui nu.7.ver.dico.Ang.ff.de acquiren.poſſeſſ.Cępo.l.1.C.de ſer.fug.Iaſo.in.l.vinum.numero.3.ff.ſi cert.pet.

11 † Fallit etiam in reo deprehenſo in fragranti crimine vt eleganter Flo.in.l.ſi ſeruus.nume.5.verſi.ſed aduerte.ff.ad.l acquil.Alex.conſi.275.incipien. viſo themate vol.vbi dicit quod deprehenſus in fragranti crimine etiam ſine proceſſu poteſt damnari, & puniri per iura per eum ibi allegata.Hip.coPioſe in.l.vnica.C. de rapt.virg.nume.86. vſque 89.plura accumulans. fallit etiam in delicto notorio, vt par.de put.in tracta.ſindic. in verbo notorium.nume.10.fol.73.Gand. quomodo de maleficio cognoſcatur in trac.maleſi.in prin.Saly.in.l.ea quidem.c.de accuſ.& Tancr.lib.2.qualiter contra

12 criminoſos.† Quotuplex autem ſit ſpecies notorii vid.Spe.de not.cri.§.iam vero,& hoc not.Carre.in ſua prac.nume.45.fol.9.vbi examinat, ſi iudex videt coram ſe delictum, ſeu homicidium cōmitti, an ſine aliquo proceſſu, & probatione po-

teſt ipſum condemnare,refert. Alex.in.l.1.§.fi.in ſi. ff.de ferri. Anto.But.in.c.veſtra in vlti.col. de cohab.cler.& mul.Par.de puteo in.d.tracta.ſind. in verbo notorium.Bald.in.l.presbyteri.C.de epiſc.
13 & cler.† Et quomodo notorium differat a manifeſto,vide Alex.in.l.ſi conſtante.nume.12.ff.ſolut. matr.Bald.conſi.162.nume.2.2.volum.et.320.num.2.3.vol.Alex.in.l.ſi vero.§.qui pro rei.ff.qui ſatisda.cogun.Bal.in.l.fin.15.oppo.C.de edicto.Di. Ad.Toll.& an notorium excuſet aliquem ab onere probandi.Bart.in.l.1.ff.de excep.Bal.conſi.129. nume.5.in primo vol.Iaſ.in.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.nume.35.ff.de pact.gloſſ.not.in clem. appellans de appell. vbi concludunt doct. quod notorium excuſat ab onere probandi,non tamen ab onere proponendi,vt Ange.in.d.l.1.de excep. Alexan.in.l.fi.in prin.ff.ſi cert.pet.& in.l.eum qui ita ff.de verb.obl.

Et nota ꝙ longa eſt differentia inter notorium, & manifeſtũ.vt Alex.& Iaſ.in.l.ſi ver.§.qui pro rei. numero.9.ff.qui ſatisda.cogun.Franc.Aret.in conſi.164.Alex.conſi.82.2.col.in primo vol.Carre.in repp.l.obſeruare.nume.44.C.quomodo app.non recip.alleg.Luc.de pœn.in cap.reg. & licet regulariter notoria non probentur, ſecundum Bald.in conſi.229.nume.5.in.1.vol.Cor.per. in conſil.227. nume.c.2.vol. maxime in notorio actus permanentis, quia ꝙ patet expreſſe non eſt probare neceſſe.c.euidentia de accuſa.c. tua nos de cohab. cler.& mul.&.2.9.1.c.manifeſta,& alijs iuri.vul. Fallit tamen in notorio facti tranſeuntis, quia illud probari conuenit,vt Salyc.in.l.ea quidem.C. de accuſa.nume.77.gloſſ.in.c.ad noſtram noueris extra de iur.iur.Io.and.in.c.fi.de foro comp.lib.6.

Fallit etiam in notorio facti interpollati, vt in.c.cum diocęſi, & ibi gloſſ.in ver.manifeſtos de vſur. & 2.q.3. eorum in fin. & Salyce. in.d.l. ea quidem numero.79.

Fallit in notorio extra locum, quia illud probari debet vt.11.q.3.eorum qui accuſantur, &.24.q.prima.c.pudenda.&.c.præſentium.17.q.4.& Salyc. in.l.ea quidem.C. de accuſ.nume.90. nam iudex non poteſt in vniuerſo populo ſine ſiniſtra ſuſpicione iudicare, vt.l.ſi vicinis.C.de nupt.

Fallit etiam quando dubium eſt, an ſit notorium uel ne, quia in re ambigua debemus accipere partem tutiorem, vt.l. ſemper in obſcuris.ff.de regu. iur.Marſil.in rubrica.C. de probat.numero.240. & glo.2.in capitulo primo.de officio.delega.in.6.

Modus autem probandi notorium eſt: primo, per aſpectum iudicis ſedentis pro Tribunali, vt gloſſ. not.in.l.prima.C. qui & aduer. quos, quia tunc proceditur iuris ordine non ſeruato, vt Par.de puteo in tracta.ſind.in ver.notorio.Alexan.remiſſiue in.l.prima.§.fin.in fin.ff.de ferijs. Antonius de But.& mod.in.c.veſtra de cohab.cler.& mul.

Secundus modus eſt per duos teſtes, vt in.c. in omni negocio de teſt.&.l.vbi numerus.ff.eodem titulo.Bald.in.l.data opera. C. qui accuſare non poſſunt. Salyce.in dicta.l. ea quidem circa medium, vbi copioſe.C.de accuſ.Felin.in capitulo tertio loco.5.columna extra de præſumpt. Marſi.in rubrica de probationib.numero.229.

Tertius modus eſt, per confeſſiones teſtificatas, vel ſententias factas in alijs negocijs inter eaſdem perſonas, vt.l.is apud quem.C.de eden.&.l.cum quęrebatur.ff.de iud.ſolu.

Quartus modus eſt, ꝑ cōfeſſionē factā ī oī negocio.

In notoriis,an requratur citatio,dic ꝙ prętermiſſis doct.opinionibus ꝙ non, vtputa notorium eſt crimen eſſe commiſſum per aliquem & ſimiliter notorium eſt nullam ſibi competere defenſionem, tunc ſuperflua erit citatio,vt.c.olim de reſt.ſpolia. Bar.in.l.2.§.quod de frumentaria.ff. de adm. rerū ad ciuit.pertin.c. cum ſit romana.c. conſuluit de appellat.Bal.in.l.a procedente.C.de dilat.Aret.cōſi.165.Sonci.conſi.20. Marſi.in.l.de vnoquoꝗ.4. col.nume.77.ff.de re iud. Decius conſi.274. incipien.viſo decreto in fin.Fel.in.c. cum olim in.6.colu.de re iud.Marſi.in rubrica. C. de probatio.nu. 221.alleg.Bald.in.l.vt vim.ff. de iuſtitia & iure. Et minus in notoriis non requiritur ſententia interlocutoria,ſed ad vlteriora ſemper eſt procedendum,vt in.c.1.de ord.cogn.quandoque tamen eſt vtile ꝙ pronuncietur,vt not. Ioan.andr.in clemēt paſtoralis extra de re iud.& gloſſ.in.c.ſuper eo.de teſt.cog.& hoc ad cautelam ad aliquid declarandum,vt Bal.conſi.391.nu.3.5.vol.

Et ſimiliter in notoriis non habet locum recuſatio iudicis,vt eſt bona gloſſ.2. in.c.1.de off.delega.in.6. Inſuper in notoriis criminoſus non appellat,vt in d.c.conſuluit.c.peruenit.& in.c.ſpeciali de appellat.& ibi Deci.& Fel.Bal.in.l.additos.C. de epiſ. aud.& de appel.Marſi.in.l.vnica.nume.93.C.de rapt.virg.Ang.in trac.malefi.in glo.pręſente gaio & appell.nu.4.1.col.Bal.in.l.1.C.ne de ſta.defun. Saly.in.d.l.ea quidem.nume.78.C.de accuſat. & Inoc.in.c.ſtatuimus extra de off.delegat.

Sententia lata contra facti notorietatem eſt ipſo iure nulla etiam citra remedium appella. vt Inno.in c.fraternitatis de frig.& malefic.c.cum Bertoldus extra de re iud.& late.Carre.in.d.l.2. C. quomo-

do appellat.non recip.nume.45.
14 † Quę autem, & qualia indicia eſſe debeant in materia pręmeditati homicidii & pręſentium inquiſitionum de ſingulis accumulatiſſime ſuis lo-
15 cis demonſtrabitur. † Et quia indiciorum materia arbitraria ſunt, vt Marſi.in.§.diligenter.nu.24.in ſua pra.crimi.in.l.fi.nume.2.ff.de quęſt. Saly.in.l. fin.C.de quęſt.Bald.conſi.364.nume. 2.3.volum. idem conſi.259.nume.4.1.vol.Alex.in.l. ſiquis.§. ſed ſi.nume.17.ff.de acquiren.hęred.& horum ut pręd ixi quędam ſunt remota, alia vero propinqua, alia dubitata, alia vero indubitata, alia quidem iuris, alia facti, alia ad retentionem, quędam
16 vero ad torturam, & condemnationem † Et iſta omnia ſaltem per duos teſtes probari debẽt. Bal. ſing.in.l.ſiquis ex argentariis poſt princ.ff.de edẽ. Fel.in.in.c.cum cauſam de probat.Iaſ.in.l.admonendi.ff.de iur.iuran.Marſi.in.l.de minore.§. plurium.l.vnius.§.teſtes.ff.de quęſt.in ſua prac.crim. §.diligenter.2.&.3.col.& conſi.18.circa medium, & conſi.61.Alex, poſt Bart.in.l.1.§. idem Cornelio.ff.de quęſt.Marſi.in ſing.ſuis.nume.585.incip.
17 probat. † Et ſimiliter qualia indicia ſint ad torturam ſufficientia de hoc doctrina certa dari non poteſt, ſed arbitrio iudicantis remittitur, vt Bald. conſi.95.nume.6.1.volu.Marſi.in.d.§. diligenter. Bar.in.d.l.fin.de quęſt.Bald.in.l.obſeruare.C.quo modo appel.non recip.Bal.in.l. cum probatio.ff. de probation.Alex.conſi.87.1.vol.& conſi.75.Io. de amic.conſi.134.Decius con.272. Thom.gram. conſi.17.quę, & ſi arbitraria ſint nõ tamen iudex ex quolibet inditio arbitrabitur reum eſſe torquẽdum, ſed ex circunſtantiis, et aliis qualitatibus deductis in proceſſu circunſpectus iudex ad torquẽ-

dum ſe mouebit ad viam ſemper veritatis habendæ, nec quolibet inditium ſufficit ad quæſtionem habendam,ſed requiruntur inditia veriſimilia,vrgentia, & talia,ꝙ ſola confeſſio deeſſe videatur, ſecundum tex.in.l.1.ſecundo reſponſo, ibi vt ſola confeſſio.ff.de quæſt. Cor.per.conſi.101.l.b.2.vol. & Bald.in conſi.259.nume.4. in primo vol. vbi dicit, ꝙ inditia debent eſſe tanquam luce clariora in ſua ſpecie inditiorum,maxime cum de hominis ſalute tractetur, & primo.

18 Sciendum eſt quod † fama de per ſe ſola non eſt ſufficiens inditium ad torturam, neque ad capturam cum ſit inditium remotum a maleficio, vt ait Marſi.in.§.diligenter. nume.15. in pra.crimin. Bal.in.l.milites.C. de quæſt.Alex.conſi.52.col.1. vol.Bal.conſi.447.nume.12.5.volumine.Bart.in l.de minore.§.plurium.ff.de quæſt.plenius.Iaſo.in l.admonendi.ff.de iureiur.Flo.in.l.teſtium.§. eiuſdem,nume.3.ff.de teſt.vbi dicit ꝙ fama non probat,ſed confirmat probationem factam alleg. Inno.dicentem nec inducere violentam præſumptionem.Et idem Par.de put.in trac.ſind.in ver.an fama,fol.108.nu.17. quæ quidē fama et per duos teſtes ad minus probari conuenit, vt Io.de ana.conſi.1.nume.8.Bar.in.l.teſtium.§.eius quoque nu.2. ff. teſt. cum infinitis ſed bene iuncta cum aliquo generali inditio vt infra poſito,vel alijs adminiculis ſufficiens erit inditium ad retentionem, & torturam,vt voluit Saly.in.l.fi.C.de quæſt.Gand.in in tract.maleſi.qō.de maleſi.cognoſcatur.nu.1.&.

19 quæ† inditia ſint generalia remota ſeu propinqua tradit Fran.brun.eleganter in trac.de indi. & tortu.in prin.Blan.in.l.fi.de qō.Carre.in ſua pract.in prin.nu.106.fol.24.ver.videamus,Cœp.conſ.40.

Alex.

Alex.conſi.18.1.vol.Bal.in.l.2.C.quo.app.non recip.Bar.& Mar.in.l.fin.ff.de quæſt.Ange.conſi.3. Marſi.conſi.44.

20 †Ex quibus inditijs,quædam ſunt ad iudicem informandum, quod eſt quando ſuper aliquo exceſſu ſeu delicto examinantur teſtes non integri non idonei,ſed ex aliqua parte ſuſpecti, vel quando accipiuntur teſtes per iudicem ſine iuramento,& ſubinde habita quali quali informatione per iudicẽ inquiritur,& proceditur,iſta ſunt ſatis ſufficientia ad capturam,& rei carcerationem, & de iſtis loquitur Bart.in.l.ſiquis in graui.§. ſiquis moriens. ff.ad ſillanianum.l.ſi abſentem. C. de accu.plene. Sal.ĩ.l.fi. C.de qõ.idẽ in.l.2.C.de exhib.reis.nu.7.

21 † Quędam ſunt inditia vrgentia ad quæſtionem habendam,quæ arbitrio iudicis committuntur,vt Bal.conſi.427.5.vol.nu.9.vt ſunt teſtes qui a iure non repelluntur vt vnus teſtis de viſu, teſtes idonei, integri, & non ſuſpecti.i.omni exceptione maiores, & iſti in proceſſu examinati faciunt ſufficiens inditium ad torturam, & ita intelligunt doct.tex.in.l.fi.ff.de quęſt. Bald.in.l.milites.C. de quęſt.idem Bal. in.l.2.C. quorum appel.non reci. col.1.verſi.& not. Abbas in.c.cum in contemplatione col.1.de reg.iur. Bald.conſi.515.nu.16.5.vol.

22 †Quędam uero ſunt inditia indubitatata, & iſta ſunt ſufficientia ad condemnationem, vt eſt text. in.l.fina. C. de reprobat. &.l. qui ſententiam laturus eſt.C.de pœnis.Bald.in.l.prima. C. de ſum. trini. & fide catholi.columna quinta.ver.5. oppono. Ab.poſt Bal.in.cap.teſtimonium extra de teſt. Inoc.in.c. quia veriſimile de præſumpt. & Abb. in.c.ſi quiſquam verſi.ex hoc infero de coha.cler. & mulier dicunt ꝙ vbi iudex procedere intendit

ex præſumptionibus debet multum temperare ſuam ſententiam, aut raro pœnam inferre idem Marſi.in.l.i.§.diuus.nume.37.ff.de ſicca.Old. con ſi.19.Rom.91. niſi eſſent præſumptiones & inditia multum vrgentia, quia haberentur loco legitimarum probationum, vt Bal.in conſi.113.incipiẽ. tria ſunt.2.vol.idem conſi.152.nume.6.1.vol.Io.de ana.conſi.59.num.2.vbi dicit, ꝙ violente præſumptiones habent vim legitimę probationis, vt in.c. afferte de p̄ſum.Mar.in §.diligẽter.nu.21. in.p. cri. & in ſing.205.incip.vehemẽs opinio, vbi dr̄ ꝙ vehemẽs opinio hr̄ pro ſciẽtia & pro certitudine.Bal.in l.fi.vlt.col.de probat.Alex.conſi.15.4.colum. primo volumi.&.116.3.volum.Iaſon.in.l.prima.nu 29. C. de ſer. fug. & ſic ſuper iſtis dantur gradus probationis cum minor probatio requiratur ad capturam, maior ad quæſtionem, & torturam habendam, maxima vero ad condemnationem reorum. Quę oīa nota, qa non reperies iſta alibi tam
23 ordinate collecta. et ſcire debes quod †pręſumptio minus eſt quam inditium vt colligitur ex dictis per Bar.in.l.ea quidem, in.2.col.C.de accuſ. Ioã. and. in addi.ad Spec.in tit.de notor.crim.§.vt autem, in addi.magna Iaſo.in.l.1.in.2.col.nu.8.ff.de eo per quem factum erit & melius ꝗ̄ alibi.Bald. in.l.1.in.1.col.ver.extra ꝗuæro.ff.de excuſ.tut. vbi dicit quod præſumptio eſt probatio probans, & non probatio probata. Sed inditium eſt probatio probata & quod præſumptio indirecte tangit factum: ſed inditium directe tangit ipſum factum; & ſic concluditur, quod minus eſt præſumptio, quam indicium, quia ad quæſtionem habendam de neceſſitate requiruntur indicia, & non ſufficiũt præſumptiones ſecũdum Bar. & alios in.l.1.l.mi-

lites, &.l.fin.ff.&.C. de qō. & nota quod plures ſunt gradus præſumptionum cum alia ſit contumaciæ, vt in clerico citato ad reddeundum ad eccleſiam, qui cum non reuertatur præſumptio eſt eccleſiam haberi pro derelicta. Alia eſt præſumptio famæ per quam proceditur per iudicem ad inquiſitionem, vt in.c.qualiter & quando, el ſecūdo de accu.alia eſt naturæ, vt in patre exhæredante filium nam præſumitur quod iniuſte agat, quia natura non permittit filium patrem offendere, vt l.omnino.C.de inoff.teſt.l.vlt.C.de cur.furio.

Et vt ad propoſitum reuertamur. Dic quod homicidium apoſtate, apenſate & ex propoſito dici poterit ſi aliquod inditium ex infra poſitis in proceſſu apparuerit & primo ſi ante ſequutum homici-
24 dium interuenerit † ſecreta ad aures locutio inter duos, vel plures, & illico ſequatur homicidium neceſſario dicendum erit præceſſiſſe tractatum de homicidio pertractando ita Bal.in.l.multum intereſt num.3.C.ſiquis alteri.idem Bal.in.l.1.c.de ſer.fug. col.3.num.10.Bal.conſi.382.nume.1.vol.5.Bart.in l.ſi ventri.§.fi.ff.de priuil.cred.dummodo hęc tria concurrerint videlicet capitalis inimicitia, ſecundo ſecreta ad aures locutio, tertio quod in continenti ſequatur homicidium. Nam his tribus concurrentibus plena oritur probatio penſamenti & pręmeditati homicidij Bal.& Iaſ.in.d.l.1.C.de ſer. ſug.Fel.in.c.afferte, de præſum. Blanc.in.l.fi.ff. de quæſt. num. 232. cum infinitis vulgaribus ampl.
25 Carre.fol.33.num.134.in ſuo tracta.cri.† Obſeruatio loci, præcogitationem oſtendit, vt.l.aut facta.§. locus, de pœ.nam ſiquis armatus poſuerit ſe in aliquo loco explorās aduentus alicuius ſumitur argumentum quod ibi acceſſerit ad homicidium com-

mittendum, vel ſiquis armatus acceſſerit in prætorio, eccleſia, vel ad domum alicuius, & reperiatur ibi cadauer hominis, præſumptio eſt illum talem ibi acceſſiſſe ad homicidium perpetrandum, & in eo loco voluiſſe hominem interimere, vt Paris de puteo in tractatu ſindica. in verſi. & indicijs. Gandin. in tracta. maleficio. in rubri. de præſumpt. colum. prima in principio. Blanc. in dicta. l. fina. numero. 200. de quæſt. quod quidem ſignum de per ſe ſolum non eſt ſufficiens ſignum ad faciendum plenum inditium, ſed bene cum aliquo alio ex infra poſitis ex quibus deueniri poterit ad capturam, & quæſtionem habendam & maxime ſi is talis viſus fuerit emere arma, eaque aptare:
26 vel ſe† exercere in armis cum nō ſit ſolitus ea deferre, vel ea ponere in aliquo loco, aut amicum, vel attinentem præmonuerit, vt audito rumore cum armis deberet illico accurrere in auxilium aggreſſoris, vel deferre in manu pilas ferreas vel ſub capa ſtocum ferreum, vel minatus fuerit de illum talem interficiendo, vel ſe iactando de illum interficiendo cum is talis ſolitus ſit & minas & iactationes perficere, vt Albe. in. l. & ſi amici domum. ff. de adulte. & in ſuo tracta. ſta. q. 64. tertia parte Franc. Brun. tract. de indi. colum. 12. Bal. in. l. metum. C. quod met. cauſa. l. 1. C. ſiquis impe. male dixe. Quæ omnia ſupradicta demonſtrant præcogitationem homicidii præmeditati cum tendāt ad illum finem, vt voluit text. in. l. 1. §. vi poſſidere, ibi in hoc ipſum aptus, & præparatus venit. ff.
27 de ui & vi ar. †proditio eſt inditium mali animi, & præmeditationis ſignum repertum ad hominem interficiendum quod eſt quando ex propoſito antecedenti committitur homicidium, ſecun-

dum Felin.c.1.de homici. ſed qualiter animus iſte probetur cum ſit quædam intrinſeca animi paſſio & qualitas quæ directo probari non poteſt niſi per qualitates exteriores.l.dolum.vbi Alexan.C. de dolo.l.1.C.de ſiccar.& in.l.1.§.diuus.ff.eod.tit. dic ꝙ probatur animus ex genere armorum, vt in.d.§.diuus,& in.c.ſignificaſti,el ſecundo de homicid.& ibi Feli.18.vtputa ſiquis cum gladio aut
28 roncha vel enſe aliquem percuſſerit† ad viam capitis animum occidendi, & homicidium perpetrandi habere dicitur. Sed ſi cum poterat armis & ferro percutere, pomo, bacculo, vel haſta percuſſerit aliquem animum occidendi habere non
29 præſumitur niſi ex reiteratione†percuſſionis cum haſta vel baculo in capite pluries percuteret, quia tunc deprehenderetur habere illum talem animũ occidendi, vt ſi is talis in capite ſępius percuſſus moreretur, quia tunc illa præſumptio ex genere armorum tollitur ratione geminationis,& ex rei-
30 teratione percuſſionis:quia†reiteratio et geminatio habet quid exceſſus Bar.et Bal.in.l.licitatio.§. quod illicite.ff.de publi.Deci. in auct.caſa. et irrita, nume.16.de ſacroſan.eccle. Marſi.ſing.378.ſi-
31 militer ex verbis † animus probatur et declaratur et nulla maior probatio quam qualitas expreſſa verborum Bald.in.c.1.de teſtamen.nemo enim præſumitur dixiſſe, quod non mente agitauerit.l. labeo.§.idem tubero.ff.de ſup.leg.probatur etiam ex aliis coniecturis præſumptionibus, et circunſtantiis pręcedentibus,aut ſequentibus, vt voluit Marſi.in dicto.§.diuus.et in.l.prima.C.de ſiccar. Felin.in dicto.c.ſignificaſti.Gandin.in rubrica de homici.columna duodecima.et Bonifa.in tit.quid ſit accuſatio.col.2.

32 † Tranſitus non ſolitus arguit præmeditationem delicti ſi ibi homicidium ſequutum fuit, & per ea loca pertranſierit aliquis nam oritur præſumptio quod illuc tranſitum fecerit præter conſuetudinem ſuam cauſa interficiendi, cum aliud præſumi non poſſit concurrente inimicitia, vel vnum ex inditijs ſupra dictis, vel inferius dicendis vt vol. Par. de put. in trac. ſind. in verſi. viſo, de inditiis, Blanc. in. d. l. fi. nume. 70. Bar. in. l. 2. C. de cur. publ. lib. 12.
33 dicens quod † euntes extra viam publicam vel conſuetam habent præſumptionem contra ſe, vt in eo qui ingreditur, vel egreditur domum, vel ciuitatem aliunde quam per portam publicam, & conſuetam, vt in. l. fi. ff. de rerum diui. cum vulga.
34 † Frequentatio aſſidua vię ſeu itineris in quo delictum eſt commiſſum arguit inditium penſamenti, nam ſi Sempronius viſus fuerit per plures vices armatus frequētare ſeu incedere per aliquam viam eundo, & redeundo vno, vel pluribus diebus ſolus vel ſociatus, & in eadem die vel ſequenti homo inuentus fuerit interfectus pręſumptio, inditium & ſuſpitio oritur contra eum. Qui talem viam frequentauerit, vel qui in eo loco multum conuerſabatur, nam pręſumptio eſt vt ibi verſaretur hominis interimendi cauſa vt facit tex. in. l. iuſto, ſupra de vſucap. Blanc. in. d. l. fi. num. 72. Ray. Imo. & Ange. in. d. l. iuſto dicentes, quod ſi in ſtrata aliqua publica reperitur aliquis mortuus, nec appareat, ſeu conſtet quis occiſor, pręſumptio, & ſuſpitio eſt contra frequentantem illam viam, vel ibi prope, vt eleg. voluit par. de put. in tracta. ſindica. in ver. tortura lo primo ibi ſiquis eſt inuentus. Bar. & Mar. in. d. l. fi. de quęſt. idem in ſingulis. nume. 378. verſi. geminatio. fol. 38.

35 † Minę, & iactationes in ſolito, & conſueto illas exequi pręſumptio eſt talem minantem animum habuiſſe ad interficiendum, & delictum committendum, nam ex verbis minatoriis antecedentibus ipſum crimen conjecturari poteſt quod fraudem, & dolum in ipſo delicto commiſerit, & ſic minę, & iactationes faciunt inditium penſamenti, ſi is cui factę fuerint, mortuus reperitur, vt voluit Brun. in tract. de inditiis, col. 15. Bald. in. l. metum. C. quod met. cau. Marſi. in. §. diligenter, nume. 85. in ſua pra. cum infinitis vulgaribus, quod ita per docto. communiter diſtinguitur quod aut ille (qui minas facit) ſolitus eſt minas ipſas exequi, & exequutioni demandare, vt eſt vir potens tunc pręſumptio eſt contra dictum minãtem, nec dum ad retentionem, ſed etiam ad torturam habendam, ita Specula. in titu. de pręſumpt. in. §. ſpecies, ver. ſed pone. P. minatus eſt. Aberic. in dicta l. metum ſupra Bal. & Imo. in. l. vltima. ff. de hęre di. inſt. Iaſ. in. l. prima. C. de ſer. fug. Fely. in. c. cum oportet, nume. 9. de accuſationibus, aut iſte talia minans eſt homo uilis impotens ad talia perpetrãda, neque ſolitus minas exequi, tunc ſecus dicen-
36 dum eſt, quia lubricum linguę, & † facilitas ſe iactandi non debet ad pœnam trahi, licet de hoc tali leuis ſumenda eſſet quęſtio, ut uol. Imo. in. l. ſi. ff. de hęre. inſtitu. dicens quod ſępe minus faciunt homines, qui magna minantur, affirmans ibi quod ita per doctores communiter diſtinguitur, & ſub iſta diſtinctione intelligitur illud dictum Alexan. in. d. l. metum, & Brun. in dicto ſuo tract. colu. 14. uerſi. quęro ulterius, Aret. in trac. maleſi. in uer. fama publica, col. 10. num. 39. Marſi. in. §. diligenter, nu. 85. in ſua prac. & in conſi. 3. & 72. & cum iſta

diſtin.omnes doc.pertranſeunt. Quos legendo poteris p̃ teipſm videre, et Alb.in tra.ſtat.q.64.nu.3. in.3.par.fol.54.Bal.ĩ cõſ.143.circa mediũ.in vol.2.

37 † Aggreſſio nullis dictis verbis arguit pręmeditationē delicti quod eſt quando vnus, aut plures inſultum faciunt in aliquem nil dicto tunc pręſumptio, et ſuſpitio eſt, quod illud maleficium proditorie, apenſate, et ex propoſito fecerint, nam aggreſſio nullis dictis facta dicitur quando aliud in mente geritur et aliud actu oſtenditur, vt Bart.in.l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.vtputa ſi ve-

38 niens tecum tanquam † ſocius itineris nulla interueniente rixa te percuſſio non poteſt dici contra te inſultum eſſe factum, ſed dicitur hoc proditorie eueniſſe intuitu, et contemplatione alicuius, vt ibi Bar.et in.l.fi.C.de delat.lib.10.pet.de anch.late in

39 conſil.217.vel quando aliquis de retro † ad viam capitis nullis dictis percutitur tunc inditium, et pręſumptio eſt quod illud ex propoſito, et proditorie commiſſum ſit, vt Barto.in.d.§. delinquunt. Item quando aliquis venenatur ſemper dicitur pręceſſiſſe pręcogitationem delicti, vt Bal.in.l.nemo clericus.nume.8.C.de ſum.trini.Barba.in cõſi.70.incipien.vbi Chriſt.col.4.Alex.late in conſ. 145.incipien.viſo in.3.colum.in.vii.vol. nam pro

40 prie † proditor dicitur qui occulte offendit, vel, qui ſine vlla cauſa, uel ſine ulla diffidatione, eum qui de eo confidebat uulnerat uel grauiter offendit: item qui dat potationem uenenatam dicitur agere proditorie ſecundum Bal.in.c.1.uer.quid de rebus eccleſię, quib.mod.feud.amit. et ideo nimirum ſi magis dicitur delinquere ueneficus, quam ſiccarius propter clandeſtinitatem, quę delictum aggrauat, ut Marſi.in.l.1.nu.5.ff.de ſicca.et in ſin.

In caſu puri homicidii omnino animaduertendum eſt, quod interdum occiſus uulneratur ab uno, qñque a pluribus, et uulnera illata quandoque ſunt mortifera, quandoque nõ interdum dubitatur. Primo caſu dicendum eſt, quod aut uulneratus deceſ-

42 ſit ſine nouo ictu, et† uulnerans ſemper tenetur de occiſo, ut. l. huic. §. ſi ſeruus, et. l. ſi ex plagiis, ĩ prin. ff. ad. l. acqui. aut uulneratus deceſſit ex nouo ictu, et tunc aut uulnus fuit illatum ab eodem uulnerante, aut ab alio, ſi ab eodem tunc tenetur de uulnerato, et de occiſo, l. illud. § . fi. ff. eo. ti. ſi ab alio ma

turius eſt occiſus uterque de occiſo tenetur ut.d.§.
43 fi.eo.titu. † Secundo caſu principali quando certum eſt per relationem peritorum uulnus eſſe nõ mortiferum tunc uulnerans de uulneribus tm̃ tenetur.ut.l.qui occidit.§.fi.ff.eo.ti. Tertio caſu quãdo dubitatur, dic aut uulneratus deceſſit ſine nouo ictu tunc ſiue incontinenti ſiue ex interuallo uulneratus moriatur ex uulnere ſemper pręſumitur eſſe mortuus,ut.d.§.ſi ſeruus, ſupra niſi contrariũ probetur,uel de mala cura medici,uel cuſtodia infirmi,vt.l.proinde, in prin. et in.l.ſi ex plagis, in prin.et in.d.l.qui occidit.§.fi.ff.ad.l. acquil. aut ex nouo ictu, et tunc præſumitur uulnus præcedens non fuiſſe mortiferum. Et ideo primus tenetur de uulnerato tantum,ut.l.item mela.§. ceſus.ff.eo.ti. et in hoc ſemper eſt ſtandum iudicio medicorum, ut Cœp.conſi.61.nu.17.et.21.fol.69.et de hac materia uide Cœpo. in pręalleg. conſi. et per totum tit.ff.ad.l.aquil.et ibi Flo.

44 † Item quid ſi duo intulerunt uulnera mortalia, an quilibet teneri poſſit,ut principalis,uel ut pręſtans opem dic ut eleganter,per Bal.in.l.non ideo minns,pen.col.uer.ſed iuxta hoc uenit quęſtio.C. de accuſ.qui dicit quod diuerſis reſpectibus teneri poſſunt,uel reſpectu ſui ut principalis,uel reſpectu alterius ut pręſtans opem, et idem tenuit Saly.ibi Marti.in.l.nihil intereſt,nu.22.ff.ad.l.cor. de ſicca. Quomodo autem puniatur auxilium, et opem præſtans dic ut ſuperius examinatum fuit,et Ange.in.l.1.C. de nili ager.non rump.Ant. de but.et Panor.in.c.1.de off.deleg.Bart.in.l.is qui opem.ff. de fur.doc.in.l.1.C.de rap.uir.Cœp.in conſi.11.incipien.ſuper caſu homicidii,in prin.fol.3.Car.in ſua pra.crimi.fol.84.nu.69.

45 † Inſuper quæritur ſi uulnus de per ſe non eſt mortale, ſed eſt illatum in corpus ægrotum, an ex hoc tanquam mortale iudicari poſſit dic quod ſic ut ꝑ tex. in. l. qua actione. §. ſed ſiquis ægrotum. ff. ad. l. aquil. & maxime quando a medicis peritis deponitur tale vulnus videri aliqualiter mortale ex quo dictum vulnus videtur acceleraſſe mortē, vt doc. Cano. in. c. ſigñaſti, il. 2. extra de hom. & Cœpo. in dicto conſi. 61. in prin. nu. 2. & 3. fol. 69.

46 † Quid dicendum quando aliquis percuſſit aliquē qui poſtea nō incontinēti, ſed ex interuallo deceſſit, vtrum ex illis vulneribus præſumatur deceſſiſſe, an ex alia cauſa, dic vt ꝑ gl. in. l. 1. C. de emē. ſeruo. quæ dicit, quod ſi vulneratus ſurrexit ex lecto. & deambulauit poſt triduum quod in dubio nō videtur deceſſiſſe ex dictis vulneribus. Sed doctores concludunt quod in hoc ſtandum eſſet iucio Medicorum, vt Cano. in. c. 2. de cleri. percuſſo. Marſi. in. l. fi. num. 56. ff. ad. l. cor. de ſic. vbi dicit ꝙ ex diuturnitate temporis offenſus non dicitur deceſſiſſe ex dictis vulnerib. maxime in caſu dubio.

47 † Vlterius quæritur ſi aliquis vulneratur & vulnus poteſt ſe habere ad vitam, & ad mortem, & vulneratus noluit habere Medicum, an tali caſu vulnerans de occiſo teneatur dic quod nō ex quo dici poteſt talem culpa ſua obijſſe, ita notabiliter. Bald. & Flor. in. l. qui occidit. §. fi. ff. ad. l. acquil. idē in. l. ſi ab hoſtib. §. ſi vir. ff. ſol. matr. idem con. 195. 4. col. Marſi. in. §. & quare, in prac. crim. nu 18. 19. fol. 54. & hanc materiam, vide per doct. Moder. in. l. fi. ff. ad. l. cor. de ſicca. Hippol. in dicto. §. & qa in ſua practica. Cœpo. latiſſime in conſi. 61. per totum. Anchara. conſi. 116. Alexan. in conſi. 16. volumine primo.

DE FORMA CON-STITVENDI REOS criminis ad torturæ locum.

EDuctus ex carceribus Titius anteſcriptus, & conductus ad præſentiam Magnifici & Clariſſimi Domini Poteſtatis, & Capitanei Taruiſii & ſuorum aſſeſſorum ad locum torturæ, & interrogatus ſi deliberauit melius dicere veritatem quam dixerit in præcedenti eius cõſtituto. Reſpondit.

Interrogatus quomodo ſucceſſit caſus mortis.q. Sempronij. Reſpondit.

Interrogatus quandiu eſt quod non fuit in Villa Pontiani. Reſpondit.

Ei dicto cum quibus ſocijs ibi acceſſit, & quot erant numero. Reſpondit.

Interrogatus de armis quibus erant armati, & maxime quando ipſe conſtitutus acceſſit ad dictam Villam. Reſpondit.

Interrogatus vnde habuit prædicta arma. Reſp.

Interrogatus de ordine ſe inſimul coadunandi, & in quo loco datus fuit ordo. Reſpondit.

Interrogatus ſi vnquam cum aliquo, ſeu aliquibus locutus fuit de maletractando dictũ Sempronium. Reſpondit.

Interrogatus in quo loco ſe reperiebat ipſe conſtitutus tempore quo vulnera illata fuerunt dicta. q. Sempronio. Reſpondit.

Interrogatus ſi eo die ſecuti caſus mortis.q. Sempronij obuiam habuit eundem Sempronium. Reſpondit.

Interrogatus ſi cum eo locutus fuit, et quibus pręſentibus. Reſpondit.

Interrogatus de ordine poſito maletractandi pręfatum.q. Sempronium. Reſpondit.

Et cum ſua magnificentia videret ipſum conſtitutum dare verba, & nolle veritatem fateri iuſſit ipſum ad funem duci, ſpoliari, & ligari, & dum ligaretur, & antequam eleuaretur, fuit pluries interrogatus ob quam cauſam fuit.q. Sempronius interfectus, & de ordine, & tractatu poſito de eum male tractando. Reſpondit.

Et cum conſtanter nollet veritatem fateri iuſſit ipſum eleuari, & ad ſignum cabaletæ poni qui poſitus, fuit interrogatus de veritate dicenda. Quis interfecit Sempronium. Reſpondit.

Interrogatus quæ arma habebat ipſe conſtitutus. Reſpondit. Et cum verba daret & nollet veritatem fateri data fuit ſibi cabaleta qua data, fuit iterum eleuatus & ad ſignum poſitus.

Interrogatus vbi ſtetit illa nocte in qua ſucceſſit caſus mortis.q. Sempronij. Reſpondit.

Interrogatus in quo loco, ſeu cum quibus dormiuit in dicta nocte. Reſpondit.

Interrogatus ſi ante caſum mortis ſecutę obuiam habuit Sempronium. Reſpondit.

Et ei dicto, che parole ragionaſti inſieme. Reſpon.

Interrogatus qui aderant eo tunc. Reſpondit.

Et cum nollet veritatem fateri datus fuit ſquaſſus quo dato cœpit clamare dicendo o Dio, o noſtra Donna, che volete voi, ch'io dica, & iterum fuit eleuatus.

Interrogatus quis interfecit Sempronium. Reſp.

Interrogatus de ordine, & tractatu ipſum interficiendi. Reſpondit.

Interrogatus in quo loco datus, & poſitus fuit ordo, & cum quibus perſonis. Reſpondit.

Et ei dicto, con che perſone hai ragionato di queſto caſo. Reſpondit.

Interrogatus ad quem finem, & effectum ſe contulit ad Villam Pontiani. Reſpondit.

Interrogatus a quanto tempore citra non fuit in dicta Villa. Reſpondit.

Et cum nollet veritatem fateri datus fuit ſquaſſus quo dato cœpit clamare dicendo, o Dio, o noſtra Donna, che volete voi, ch'io dica. Et cũ per ſatis bonum ſpatium ſtetiſſet apenſus, & ſua magnificentia videret nil aliud ab eo haberi poſſe iuſſit ipſum planimode deponi, diſſolui, & ad locum ſuum reponi animo. &c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Iudex, an debeat in infinitum ad quæſtionẽ & torturam procedere.*

2 *Iudex procedere debet ad torturam cum moderamine, id eſt, non excedere tres uices.*

3 *Torturæ uera diffinitio.*

4 *Ad torturam in quibus caſibus ſit procedendum.*

5 *Quæ perſonæ torqueri debeant.*

6 *Quando ad quæſtionem & torturam ſit deueniendum.*

7 *Tortura, an ſemel uel pluribus ſit repetenda.*

8 *Tortus indebite, & de facto, an impediat proceſſum formandum.*

9 *Tortus indebite ſi moriatur uel debilitetur, an iudex teneatur.*

1 ET quia ſępe inaduertēter indocti aſſeſſores procedunt ad quæſtionem & ad condemnationē reorum nullis aſſignatis dilationibus ipſis reis ideo aduerte q; ſi reus inquiſitus vel accuſatus petierit copiam inditiorum illis omnino danda erit, & audiendi antequam ad torturam ponantur, vt Cœpo.conſi.69.per totum Marſi.in.l.1.nu.4.&.l.fi.nu.7.ff.de quæſt.& vt late dixi in trac.meo ad defenſam in cauſis capitalibus. quæ quidem inditia etiam ſi ſunt multum vrgētia non debet ob id 2†iudex cōtra reum in infinitum procedere ad quæſtionem & torturam, ſed cum aliquo moderamine, vt Par.de pūt.in ver.an ſtetur dicto torti, numero.10.quod fieri debet per tresdies, & non vltra. Id eſt,per tres vices & qualibet uice reus habere debet tres ſaccatas,videlicet vnam cabaleta & duos ſquaſſus, prout quotidie practicatur, vt Marſi.in.l.repeti.ff.de qō.Blan.in.l.fi.eo.tit.Ange. in.l.fi.col.1.C.de qō.Bar.in.l.vnius.§.reus, nu.2. ff.eo.titu.Sal.in.l.fi.C.eod.titu.Bald.in conſi.427. numero.9.quinto volumine.

{Et ſi vis ſcire quid ſit quæſtio ſeu tortura, dic ut 3†per Azonem,Odoff.Gand.in titu.ff.de quæſtio.et maxime Marſi.in rub.ff.de quæſtio. & Panor.in c.cum in contempl.de reg.iu.vbi dicunt,q; eſt corporis & mētis cruciatus ad eruendam veritatem repertus, & † in quibus caſibus ad ipſam tortu-
4 ram deueniatur dic q; in criminibus grauibus,et nō leuibus,vt per Fran.bru.in trac. de indi.in.3.q. principali,& quæ dicantur crimina leuia, & quæ

grauia

grauia, dic ut ſupra in prin.nu.1.Bar.in.l.non ſolū.
§.ſi mandato, num.7.ff.de iniur.l.leuia.ff.de accu.
Car.in ſua pra.n.179.fol.43.& Gan.in tit. de qō.
Et not. ꝙ tortura triplex eſt leuis grauior & gra-
5 uiſſima Bal.conſi.77.nu.8.3.vol.Quæ † autē per-
ſonæ torqueri poſſunt, dic ꝙ indifferenter omnes
quæ a iure non reperiuntur prohibitæ, vt per Frā.
bru.in titu.de indi.in.4.q.princip.Bar.& doc.in.l.
ex libero,nu.1.idem in.l.vnius.§.reus.ff.de qō.An
ge.de are.in tra.de malefi.in ver.fama pub.6.qō.
nu.93.fol.44.Car.in ſua pract. C.nu.180.fol.45.
Mar.in ſing.ſuis.556.Bar.in.l.1.C.de aduo.diuer.
6 iudi.† Quando autem ad quæſtionem deueniatᷣ,
dic poſtq̃ conſtat delictum eſſe commiſſum, vt
in.l.1.§.illud.ff.ad ſill.Bal.in.l.3.§.eiuſdem.ff. de te
ſtib.Bru.in ſuo tra.de ind.4.q.ver.item tortura ar
bitrio iudicis eſt commiſſa vt.l.1.§. calumniatori-
bus.ff.ad turpi.& maxime quando nomen rei eſt
receptum.Inter eos,ut Bar.in.l.is qui reus,in prin.
in.3.col.nu.3.ff.de iud.Blan.in.l.fi.nu.331.fol.86.idē
Bru.in.ῃ:col.ver.quæro, an teſtis, Par.de put.in
tract.ſind.in ver.tortura,lo.1.ver.an ſtet dicto tor
ti ibi a tormentis Mar.in ſua pra.§.nunc videndū
nu.28.Alex.poſt Bar.in.l.1.ff.de quęſtio.
7 † Et an in tortura reus pluries repeti poſſit dic abū
danter per Mar.in.l.repeti.ff.de qō.Gan.in tra. de
quæſt.Bonif.in ti.de malefi.in rub.quæ debent prę
ced.tor.Ang.in.d.tra.in ver.fama pub.Bal. & Sa
ly.in.l.fi.C.de qō.Car.in ſuo tra.nu.189.fol.49.et
50.vbi concluditur ꝙ tortura de iure repeti nō po
teſt niſi legitimis inditijs, & nouis ſuperuenienti-
bus,& primis vrgentioribus,& quæ a primis in-
ditijs omnino ſint diuerſa,vt per Mar.in pra.cri.§.
quoniam,nu.9.fol.26.Vt late per Car. in ſua pra.

numero.189. uer. ex contrariorum omnium fol. 50. Marſil. in dicta.l. repeti, per totam de quęſtionib.ff.

8 †Item quid ſi tortura fuit indebite lata, et in caſu non permiſſo, aut de facto, et reus conſtanter negat, an impediat proceſſum fiendum ſuper delicto, dic ꝙ non, prout dicit Par.de put.in trac.ſind. in uer.tortura, quia plerūque in princ.nu.2.fol.105. Bal.in.l.milites, et.l.1.C.de qō.Alex.in.l.qōnis modum.ff.de qō.Car.in ſua prac.cri.fol.52.nu.199: et qua pœna puniendi ſunt iudi.inferentes torturam indebite, et de facto alicui. Vide Marſil.in.l. quęſtionis modum, in fin. numero.73.ff. de quæſtio. Carre.in ſua practi.crimina. in fol.52.nume.200. alleg.multa.

9 †Item ſi tortus indebite moriatur, uel ſibi brachiū frangatur, an iudex et aſſeſſores teneātur, dic aut excedunt modum in torquendo, aut non. primo caſu, dic ꝙ aut iudex doloſe hoc agit, aut culpa, aut caſu. Primo caſu pœna capitali tenetur. Secūdo caſu pœna extraordinaria arbitrio iudicantis. Tertio caſu nulla pœna tenetur ex quo dabat operam rei licitę, ut per Mar.in tra.maleſi.§.expedita nu.87.fol.25.uer.quęro conſequenter, Bald.in.l.de curiones.C.de qō.et in.l.1.C. de requir.reis. Idem Bald.in rubri.C.de pœna iud.qui male iud.in uer. quęro qualiter, Salyce.in.l.ſecunda.C. de exhib. reis, Ange.in.l.graccus.C.de aulte.Paulus de Caſtro in.l.ſi et certo.§.nunc uidendum, in fin.ff.locati, Alexand.poſt Barto.in.l.quęſtionis modum ff. de quęſtio. Quid ſi tortus indebite perſeuerat in ſua confeſſione, an talis confeſſio ualeat, nec ne dic quod non ut Bald. in conſilio.77. numero.2.uolumine tertio.l.maritus.ff. de quęſt.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit per Magnifi. Domi. Poteſtatem, & Capitaneum Tarniſii, contra magiſtrum.

Stephanum Plazonum grammatices profeſſo.

IN eo, de eo, et ſuper eo, quod fama publica pręcedente, et clamoſa inſinuatione ſic referente, nõ quidem a maleuolis, et ſuſpectis, ſed a ueridicis, et fide dignis perſonis non tantum ſemel, ſed ſępe ac ſępius ad aures, et notitiam pręlibati Clariſſ. Do. Poteſta. etiam per modum notorii auditu peruenit, quod dũ die Iouis. 11. Iulii inquiſitus ipſe poſt meridiem deambularet in ludo literario, et intueretur circũſpiciens Antonium filiũ Ioannis de Carauagio ludẽtem in gymnaſio cum diſcipulis ſuis uolens, et intendens more ſolito eum diſciplinare accepta corrigia qua cingi ſolebat cœpit eundem afficere quamplurimis percuſſionibus, dumque eum ſic uerberibus afficeret cultellus exiſtẽs in uagina, quę cingulo adhęrebat, et ex eo appendebat collapſus ad uiam capitis pręfati Antonii eũ acriter uulnerauit cum inciſione carnis, et ſanguinis effuſione, ex quo quidem uulnere habita per peritos ſuper eis diligenti medela inde ad dies uiginti mortuus fuit, et eſt. Committendo prędicta omnia culpa, incuria, negligentia, et inconſiderate contra Deum, ius et iuſtitiam, et in uilipendium regiminis, contra bonos mores, et in pernitiẽ animę ſuę. Super quibus omnibus, et ſingulis annexis, et connexis dependentibus, et emergentibus idem Clariſſ. Dominus Poteſtas procedere intendit. etc.

PRO CASVALI.

Hæc eſt quædam inquiſitio, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intendit per Magnificum Dominum Poteſtatem Taruiſii contra & aduerſus.

Sempronium filium Ioannis de Vegla.

IN eo, de eo, & ſuper eo, quod fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione ſic referente nõ quidem a maleuolis, ſed a veridicis, & fide dignis perſonis non tantum ſemel, ſed ſæpe, ac ſæpius etiã per modum notorij ad aures prælibati Magnifi. Domi. Poteſtatis. &c. auditu peruenit. Quod dũ Sempronius inquiſitus in die veneris. 20. menſis Iulij proxime exacti ſe conferre vellet ad Villam Pontiani cum nonnullis ſuis attinentibus, & amicis ſolatii cauſa perueniſſetque ad loca fullonum non parum longe a ciuitate Taruiſii equus ſuper quo aſcenderat idem Sempronius præter ipſius voluntatem cœpit ſaltibus laſciuire, qui vt fræno eum comprimeret, vim fręno (vt moris eſt) intulit & calcaribus equum ipſum ſtimulauit fręnoq; ipſo illico fracto, equus ipſe in curſum raptus eſt cumq; ita ſic equus in curſu eſſet Iacobum filium Antonii de Giadra puerum annorum decem ex obliquo venientem obuiam habuit & illum calcibus percuſſit, & abiecto non multum longe ceſſore ſe in fugam dedit qui quidem Iacobus domũ illico delatus inde ad paucos dies obiit, commit-

tendo prædicta incuria culpa, & negligentia contra Deum, ius & iuſtitiam, & in vilipendium regimis contra formam iuris, & ſtatutorum. &c. Super quibus omnibus & ſingulis. &c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Homicidium caſu commiſſum, an de iure ciuili ſit punibile.*

2 *Homicidium caſu commiſſum ab aliquo acclamante caue, caue an ſit punibile.*

3 *Homicidium caſu commiſſum ab aliquo dante operam rei illicitæ de iure canonico, an ſit punibile.*

4 *Homicidium caſuale commiſſum ab aliquo dante operam rei illicitæ, an de iure canonico ſit punibile.*

5 *Homicidium caſuale commiſſum ab aliquo qui adhibuit eam diligentiam quam quilibet uir adhibere ſolitus eſt, an ſit punibile.*

6 *Homicidium caſuale culpa præcedente commiſſ. an pœna mortis punibile ſit.*

7 *Si curſu equi puer occidatur, an currens teneatur pœna capitali.*

8 *Currens cum equo in loco deputato, & doloſe occidens, an pœna capitali ſit feriendus.*

9 *Currens cum equo, nec potens eum retinere ſciens uitium equi, & occidens hominem, qua*

pœna puniendus ſit.

10 *Homicidium caſuale culpa commiſſum, qua pœna puniri debet.*

11 *Homicidium caſuale qualiter puniatur iure ciuili & canonico.*

12 *Concitans canem ut mordeat tranſeuntes, & morſicatum interimat, qua pœna puniri debeat.*

13 *Canem ducens per locum publicum & morſiſicans hominem, an puniri debeat.*

14 *Proijciens lapides in canem tranſeuntem, ne mordeat, & percutiens aliquem, an puniendus ſit.*

15 *Medicus perperam medicans uulneratum, qua pœna puniri debeat.*

16 *Culpa lata, an dolo æquiparetur.*

17 *Caſus fortuitus, & improuiſus, quomodo inter ſe differant.*

1 SI quæratur de iure ciuili, an homicidium caſu commiſſum ſit punibile, an ne, dic quod ſi culpa caſum non præcedit, non eſt punibile. Vt puta ſi extraens ſagittam, aut exonerans arcobuſiũ, vt feram, ſeu anſerem percutiet in nemore, ſeu in valibus, & hominem occidat, non punitur aliqua pœna in foro contentioſo vt.l. reſpiciendum.§. delinquunt.ff.de pœ.l. abſentem in fine eo.ti.&.l. ſi putator in fi.ff.ad.l.aquil.Bal.ſin.con.222.n.1.in.5.
2 vol. Nam † ſiquis in ſylua proiecerit ramum, & hominem occiderit, vel quid aliud ex loco conuer

ſabili acclamauerit, Caue, Caue, tunc non tenetur c. ex lr̄is, il. 2. & in. c. lator de ho. de iure vero cano nico eſt diſtinguendū hoc modo videlicet aut exo
3 nerans arcobuſium dabat operam † rei illicitę, & tunc ſiue adhibuit diligentiam, quam quilibet vir prudens adhiberi ſolitus eſt, ſiue non: omni caſu tenetur de caſuali homicidio, vt in. c. continebatur de homici. aut dabat operam exonerans arcobu-
4 ſium † rei licitę. & tunc aut adhibuit eam diligen-
5 tiam † ꝙ quilibet vir prudens adhibere ſolitus eſt, & tunc non tenetur vt in. c. lator. c. Ioānes. c. ad audientiam. c. dilectus, &. c. ex literis cum ſequentibus de homicidio, aut exonerās nullam adhibuit diligentiam. & tunc tenetur in. c. continebatur, et c. ad audientiam ſupra de homicidio Gan. in rub. de hom. col. 4. verſi. ſed quid dicemus nos de maleficio caſu commiſſo, & ſic concluditur quod qñ datur opera rei licitę in aliquo exercitio, & ſequatur homicidium non licet eum occidere, vt per Mar. in con. 115. in fine, in caſuali vero homicidio,
6 ita per doctores diſtinguitur aut † culpa pręcedit caſum, & tunc punitur non pœna mortis, ſed alia mitiori pœna, arbitrio iudicantis, vt per Bar. in. l. reſpiciendum. §. delinquūt. ff. de pœn. Sal. in. l. 1. C. de ſicc. plene per Ang. in gl. ſcienter, & doloſe, & in. l. 1. in fi. §. diuus, de ſic. Et quis dicatur eſſe in culpa vide ſin. Par. de put. in tra. ſin. ver. an ſi plures,
7 nu. 78. Et ideo ſi † curſu equi puer occidat, ut in caſu pręſentium inquiſitionum, ſedens aut currens nō tenetur pœna capitali, ſed mitiori pœna, prout voluit Sal. in. l. non ideo minus, ver. quęro quinto C. de accuſ. Bonif. uero in rub. de inſultu, in fi. nu-
8 me. 45. diſtinguit, aut † currit in loco deputato ad currendum, et tunc aut dolo, et tunc pœna capita-

ſi eſt puniendus, aut culpa, et tunc minori pœna, et in culpa dicitur eſſe ſi currens non acclamauit caue, caue. Quod bene nota, quia ſunt quotidiana & tibi iuuabit ad multa, vt Floria. in. l. ſi putator, numero. 3. ff. ad. l. acquil. † Si vero non fuit in
9 culpa aliqua non tenetur, niſi ſciret vitium equi, quia effrænatus indomitus, nam tunc eſſet in aliqua culpa, & puniretur pœna leui arbitrio iudi-
10 cantis. † Si vero currens curreret in aliquo loco non deputato tunc aut doloſe, & tunc pœna capitali, ſi vero non dolo teneretur de culpa, prout in c. ſignificaſti, & ibi Felyn. de homicidio, Salice. in. l. non ideo minus. C. de accuſa. Bald. in. l. data opera. C. de accuſa. Floria. in. l. ſi putator. §. ſi nauis. ff. ad. l. acquil. Cœpol. in ſuis cautelis. 2. 3. & 4. Paulus de caſtro in. l. prima. C. vbi ſenatores vel
11 claris, & qualiter† delictum caſuale commiſſum puniatur, dic vt late per Marſi. in conſilio. 65. & in conſilio. 91. & in. l. eum qui. C. de ſiccar. & Cœpo. in conſilio. 30. & 31. Decius conſilio. 19. & Ange. conſilio. 27. & per Bonifa. in titul. quid ſit accuſatio in quinta columna. Felyn. in cap. fina. de homicidio, & late Salyce. in. l. prima. C. de ſiccarijs, & plene per Carre. in ſua practi. fol. 74. §. circa, numero. 6. 7. & fol. 173. numero. 106. ubi multa Dec. in con. 9. in culpa autem eſſe dicitur ſiquis
12 † canem concitauerit, vt mordeat tranſeuntes, & morſicatus obierit ſi dolo fecit pœna capitali tenetur, ſed ſi euenit, quia canem retinere non po-
13 terat, vel quia non debuit ducere † canem ipſum per locum publicum, tenetur mitiori pœna arbitrio tamen iudicantis, vt per Floria. & Ange. in. l. prima. §. ſi canis. ff. ſi quad. paup. feciſſ. dicatur. Et
14 ideo ſi aliquis † proijciat lapidem, vt percutiat

canem ne ipſum mordeat, & percutiat alium,
& occidat tenetur de culpa tantum, quia non ha-
bet animum occidendi, vt conſuluit Signor. de ho
mo. conſilio. 207. Iaſo. in. l. indictionibus. ff. de in li
tem iur. ſed melius eſt text. in. l. ſcientiam. §. qui
cum aliter. ff. ad. l. acquil. late Decius in. l. vt vim.
ff. de iuſti. & iur. Anchar. in conſilio. 281. idem eſt
15 dicendum de † medico perperam & male medi-
camenta adhibendo, & infirmus moriatur, vt in
l. qua actione, in fi. cum. l. ſequenti ad. l. acquil. &
in. l. imperitia culpę, vbi Decius. ff. de regu. iur.
quod limita vt ibi per eum. Et de homicidijs caſu
commiſſis ſeu culpa late proſequere, vt per Car-
re. in ſua practi. in. §. circa, numero. 7. 8. & 9. vſ-
16 que in finem, fol. 58. & quid ſit † culpa lata, &
an dolo æquiparetur vide Cœpo. conſilio. 36. nu-
mero. 6. & conſilio. 37. numero. 11. Barto. in. l. quod
nerua, numero. 8. ff. depoſi. Iaſo. in. l. ſed & ſiquis.
§. quæſitum, numero. 31. ff. ſiquis cauti. fol. 133.
Idem Iaſo. in. l. a diuo. §. ſi poſt additum, nume-
17 ro. 7. fol. 152. ff. de re iudi. Et aduerte quod † caſus
fortuitus, & improuiſus inter ſe differunt, vt di-
cit Bald. & Marſi. in. l. prima in fin. C. ad. l. cor. de
ſicca. & Oldrad. conſi. 92. vbi dicit quod caſus
fortuitus eſt qui nullo humano iudicio præuideri
poteſt, alleg. l. in rebus, in princip. ff. commo. nam
caſus fortuitus nullo modo punitur improuiſus
ver. pro modo culpæ puniri debet, & hæc obſer-
ua quod alibi non reperies, & an incendium nu-
meretur inter caſus fortuitos, dic ut elleg.
per Floria. in. l. ſiquis. §. penulti. nu-
mero. 4. ver. circa
ff. ad. l. ac-
qui.

FORMÆ CONDEMNATIONIS IN MATERIA *ſupra, contra delinquentem.*

Stephanum Plazonem grammatices profeſſorem.

COntra quem proceſſum fuit & eſt per nos, & curiam noſtram per inquiſitionem contra eum legitime formatam de eo quod præfatus inquiſitus dum die Iouis.11. Iulij poſt meridiem deambularet in ludo literario, & deambulans intueretur Antonium filium Ioan. de Carauagio ludentem in gymnaſio cum diſcipulis ſuis volens, & intendens more ſolito eum diſciplinare accepta, & apprehenſa corrigia, qua cinctus erat cœpit quãpluimis percuſſionibus eundem afficere dumque eum ſic verberibus afficeret cultellus exiſtens in vagina, quæ cingulo adhærebat collapſus ad viã capitis eiuſdem Antonij eum acriter vulnerauit cũ inciſione carnis, & ſanguinis effuſione, ex quo quidem vulnere inde ad paucos dies vitam cum morte commutauit, & ut latius in inquiſitione, et proceſſu deſuper formato continetur, citatũ bannitum, & proclamatum, ac contumacem, quæ ipſum de prædictis culpabilem reddit. quod prædictus Stephanus ſit bannitus de Taruiſio & agro Taruiſino, Ceneta, & Cenetenti, & per quindecim miliaria vltra confinia per annos quinque, & ſi in aliquo tempore fregerit confinia ſui banni, et captus fuerit, tunc ſtet clauſus in carceribus ꝑ mẽſes ſex, & ſoluat capienti lib. 100. paruorum, & re-

uertatur ad bannum ꝙ tunc de nouo incipiat, & hoc toties quotiens enſis infraſcriptis ſententialibus condemnamus.&c.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per Magnificum & Clariſsimum Dominum Poteſtatem Veronæ, necnon per Spec.Iudi.maleficiorum ex eorũ cuiuſque eorum puro;mero,ac ſine ero officio,poteſtate,authoritate, atque bailia, necnon ad accuſam Sempronij Vicentini contra & aduerſus.

Accurſium de Minerbio furem inſignem.

IN eo,de eo,& ſuper eo, quod fama publica præcedente clamoſa inſinuatione ſic referente nõ quidem a maleuolis, & ſuſpectis, ſed a veridicis & fide dignis perſonis non tantum ſemel ſed ſæpe,ac ſæpius ad aures notitiam prælibati Clariſſ.Dom. Poteſtatis eiuſque Sp.Dom.Iud.etiam per modũ notorii auditu peruenit quod dum prædictus inq̃ſitus ſtaret in Villa de Minerbio in domo cuiuſdã D. Gratiæ de Alexiis ſimul cum Donato filio.q. Ioannis Baptiſtæ de comitibus ceſanæ cauſa erudiendi puerum eiuſdem D. Gratiæ ad legendum cumque in nocte uigiliæ Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti.Idem inquiſitus fur publicus profectus eſſet ad eccleſiam Villæ prænarratæ cum aliis de eadem domo pro audienda miſſa,& omnibus exiſtentibus in eccleſia prædicta ad miſſam inquiſitus ipſe occulte in principio dictæ miſſæ inde recedens ad domum dictæ D. Gratiæ ſe cõ-

tulit, hoſtiumque ingreſſus accepit certum manc
rinum exiſtentem ſuper vno ſcamno & extrata
capſula illius Donati toto ſuo poſſe eam extra cur
tiuum portauit in certis campis non parum lon-
ge ab ipſo curtiuo, & ibi cũ dicto manarino quẽ
præ manibus habebat capſulam ipſam vi aperuit
& ex ea furto ſubtraxit vnam crumenam de tela
nigra in qua aderãt ſcuti vigintiquinque, & mul
ta bona mobilia videlicet, quæ omnia ſupra di-
cta bona, & pecunias de loco ad locum aſporta-
uit contractauit, & in vſum proprium conuertit,
ad non modicum damnum, & prçiudicium dicti
Donati, qui quidem inquiſitus tanquam fur ma-
nifeſtus a certis ruſticis de Minerbio deprehenſus
in carceribus noſtris detruſus fuit, qui cum de pla
no conſtitueretur oĩa confeſſus fuit, & eſt commit
tendo prçdicta ſcienter, doloſe, appenſate, contra
Deum, ius et iuſtitiam, et contra mentem, ſcien-
tiam, et uoluntatem prçdicti Donati patroni re-
rum, vt ſupra ablatarum in perniciem animç ſuç,
et in vilipendium regiminis.

Super quibus omnibus, et ſingulis annexis. etc.

CONTRA FVRES.

Hæc eſt quædam inquiſitio, quæ fit. &c.

IN eo, de eo, etc. Quod dum prçdicta inquiſiti
tanquam fures vagabundi in nocte die ſabbati
18. Februarij proxime exacti ſe contuliſſent in cõ
trata ſancti Firmi ad domum Galeazi de Ceru-
binis in itinere dixit erga prçfatum B. Tu ſtarai

qui lontano per vn pochetto a l'erta, perche voglio andar in caſa di Galeazzo, et ſe tu vedi quelli di Rauenna ſubia, et ſic idem aperta porta domus prędicti Galeazi ex quodam mezzato furto ſubtraxit vnum rubonem de ſerico, et unam veſtem veluti nigri a muliere dicendo erga dictũ B. potta della noſtra non ho danari ho tolto queſto, non credo che Galeazzo, eſſendo mio amico per queſto mi facci impiccare. Quem rubonem idem A. vendidit Marco Hoſpiti exiſtenti ſuper curſu pro ducatis, et veſtem vero vẽdidit cuidam Hebręo pro ducatis.15. et non contenti pręfati inquiſiti de prędictis in die Dominica ſubſequenti. 19. eiuſdem menſis ex ordine inter ſe dato in ſimul ſe contulerunt ad Hoſpitium villę Minerbij aſſumendum cœnam ſumptaque in ſimul cœna profecti ſunt circa tres horas noctis in domo domini Accurſii pro furando certam equam baleam ad cuius curtiuum cum perueniſſent. Idem A. cũ alio ſocio loco, et tempore propalando ingreſſus fuit et antequam ingrederetur dixit, B. tu ſtarai qui di fuora, et noi duoi andaremo drentro in cortiuo, ꝑche ho pratica del luogo, et de i cani, et ſe ti pareſſe, che tardaſſimo troppo va all'hoſteria, et quiui aſpettaci, et ſic idem A. cum alio ſocio, vt ſupra ingreſſus fuit ipſum curtiuum expectante ſuper ſtrata, ibi prope dicto B. et volens omnino furto ſubtrahere ipſam equam, quam proculdubio eam ſubtraxiſſet niſi quidam Ruſtici acclamare cœpiſſent dicendo, ſu barba Biaſio, che A. vuol menar via la caualla, et audita ipſa voce omnes prędicti inquiſiti ſe ſe in fugam dederunt redducentes ſe in certo Caſono Thomæi, Iacobi ceruelini in Villa prędicta quia Ruſtici dictę Villę de-

preſsi in carceribus noſtris detruſi fuerunt,& cum de plano conſtituerentur omnia conſtanter negauerunt, ſed habiti in quæſtionibus & tormentis omnia prędicta confeſſi fuerunt ac ea omnia probauerunt,& ratificauerunt, committentes prędicta furta ſcienter,doloſe,appenſate, & ex propoſito contra Deum,ius & iuſtitiam, contra mētem, & intentionem prętati Galeazi, & in perniciem animarum ſuarum,& in vilipendium iuſtitię.

Super quibus omnibus, & ſingulis annexis connexis. Idem Clariſſ. D. Poteſtas.&c.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quomodo diffiniatur.*

2 *Furtum tribus legibus, & tribus modis puniri debet.*

3 *Viſus exire tempore noctis ex aliqua domo in qua furtum eſt commiſſum, an habeat inditiū contra ſe.*

4 *Suſpectus iudicatur ſemper qui nocturno tempore operatur.*

5 *Repertus penes aliquam domum animo furandi licet non furetur, quomodo puniri debeat.*

6 *Viſus exire domum cum fardello ſub capa, an habeat præſumptionem furti contra ſe.*

7 *Exiens domum cum aliqua re ſub ueſte, an ſit ſufficiens inditium ad torturam.*

8 *Res furtiva reperta penes aliquem, an is pro fure iudicandus ſit.*

9 Res furtiua reperta penes hominem bonæ conditionis, & famæ, an pro furto imputari poßit.

10 Aßidua frequentatio facta per aliquos in aliqua domo in qua bona ſint furto ſubtracta, an faciat inditium.

11 Qui hodie unam rem, & cras aliam furetur, an is talis ex lege ſuſpendi poßit.

12 Conſuetudo furandi, an faciat inditium.

13 Malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali.

14 Fuga famuli ex domo in qua res eſt ſubtracta, an faciat inditium contra ſe.

15 Famulorum natura ſemper eſt furari.

16 Expendens multam pecuniam in non ſolito, an habeat inditium contra ſe.

17 Mercatores expendentes abundanter pecunias, an contra illos oriatur mala præſumptio.

18 Forma pedis furantis in terra humida, an habeatur pro inditio.

19 Iudex non debet procedere ad quæſtionem ex furore animi ſed cum moderamine rationis.

20 Scala ante feneſtras domus in qua furtum eſt factum & uiſa in domo alicuius, an contra illum talem oriatur præſumptio.

21 Vicini quando in uicinia res ſubtractæ, an contra illos oriatur præſumptio.

22 Vicini mali quando in uicinia furtum eſt commiſſum, an poßint torqueri.

23 Cuſtos alicuius rei, quæ aliquem furto ſubtracta ſit, an torqueri poßit ut furem indicet.

24 Famuli hoſpitum, & nautarũ quando bona ſunt ſubtracta, an ex.l.torqueri poßint.

25 Zuntatores, an acrius ſint puniendi quam fures.

26 Piratæ, an poſſunt furca ſuſpendi in loco in quo furtum commiſſerunt.

1 FVrtum eſt contractatio fraudulosa rei alienę inuito domino animo lucrandi facienda, ut eſt tex.in.l.1.§.fi.ff.de fur.inſt.de oblig.quę ex quaſi delicto naſcuntur.§. furtum cum malis, quod
2 quidem † furtum prohibitum eſt ex.l.diuina, vt in lib.Exo.cap.20.l.communi ac legibus, et ſtatutis ciuitatum, vt voluit Gand.in rub.de furtis, et latronibus, nu.9.et.10.dicens quod fur punitur in tribus legibus, et tribus modis, prout late ibi per eũ, Car.in ſua pra.cri.fol.19.nu.96.Aret.in.c. cum nõ ab homine extra de iud.Fel.in.c. qualiter et quando, il.2.§.ad corrig. de accu. et quia plurima ſunt inditia quę oriuntur ex diuerſis pręſumptionibus et ſuſpicionibus concurrentibus, prout in maleficio, et homicidio, ideo particulariter de ſingulis inferius ſubnectemus.
3 † Viſus exire tempore noctis ex domo in qua furtum eſt commiſſum habet pręſumptionem, et inditium contra ſe cum lex male ſemper pręſumat contra operantem, et agentem de nocte vt eſt gl.
4 in.l.furem.ff.de ſicca. Et id quod † operatur de nocte ſemper eſt ſuſpectum, et habet inditiũ, et pręſumptionem male agendi, vt.l.fina.ff. de fracto. et excip.

& expi.Bal.elag.conſi.427.incip.quędam mulier in fi.5.vol.dicit quod per ambulantes de nocte ad loca ſuſpecta, & per perſonas ſuſpectas. Quod a talib.de nocte frequętantib.qões neceſſariæ ſunt, vt.l.dolum.C.de dolo. Blan.in.l.fi.nu.419. de qõ.
5 Et ideo ſiquis fuerit repertus† penes aliquam domum animo furandi, non tñ fuerit furatus qualiter puniri debeat, dic ꝙ extra ordinem puniri debet, ut per Bar.in.l.ſacularij,nu.2.ff.de extraor.cri. Alex.con.3.in.1.col.5.vol. Mar.in.l.de minore,nu. 20.ff.de quęſt.fol.37.Bal.in.l.ſiquis non dicam rapere.C.de epiſco.& cle.nu.4.Iaſ.in.l.poſſideri.§.ſi rem,nu.2.ff.de acqui.poſſeſſ.fol.79.Alb.in tra.ſta. in.q.147.par.ij.incip.in.l.quæro.3.q.fol.36.
6† Viſus exire domum cũ fardello ſub veſte, & hoc per duos teſtes comprobatum fuerit habet inditiũ contra ſe, quod res deficientes in domo ex qua ille talis exiuit, & quæ dicebantur furatæ & ſubtractæ fuerint, vt voluit Ang.in.l.2.C.de qõ.Et talis
7 præſumptio eſt† ſignum habile ad torturam cum ſit inditium propinquum delicto, prout dicit eleg. Hip.in ſing.ſuis mihi. 392.ver.aduerte ad vnum, & late per eum in.l.qui falſam, in col.14.&.15.ff. de falſis.idẽ Sal.in.l.fi.in vlt.col.C.de qõ.Alex.in conſi.205.incip.ponderatis in.2.col.in.6.vol. Par. de put.in tra.ſind.in.96.car.in.2.col.ver.ſiquis eſt inuentus,circa fi.Bal.& Imo.in.l.fi.ff.de hær.inſt.
8† Res furtiua ſi reperiatur penes aliquem habet ſuſpitionẽ, & inditium illũ talem eſſe furem vt.l. in ciuilẽ,&.l.ciuile,& ibi Sal.C.de fur.Bar.in.l.fi.ff. de qõ, Quod intellige prædicta niſi hñs rem furtiuã penes ſe offenderit illico a quo ipſe habuerit,ut dñt doc.in legibus prætalleg. ita quod ſi is talis inuentus fuerit cũ re furata nec docuerit vnde eã ha-

buerit habet inditium furti contra ſe, vt torqueri poſſit quod tñ diſtinguendum eſt, ut dicit Sal.in.l. fi.C.de qõ.Ang.in.l.ancillæ.C.de fur.Alex.in cõſ. 205.incip.põderatis.2.col.in.6.vol. Quod tñ non
9 habet locũ prædicta in † homine bonæ conditionis, vitæ, & famæ, prout Sal.in.d.l.fi.C.de qõ.vbi dat exemplum de ſtrazarolis Bononienſibus late Marſi.in ſing.ſuis.392.ver.aduertas ad vnum gl. ſing.in.l.in ciuile, in ver.incidatis.C.de furtis.
10 † Viæ frequẽtatio, vtputa ſiquis viſus fuerit ꝑ plures uices frequentare per aliqua loca, ſeu cõtratas, & ibi in aliqua domo res aliquæ ſubtractæ appareant præſumptio eſt contra iſtũ talem frequentãtem, vt voluit Bal.in.l.apud antiquos.C.de fur.in
11 fi.vbi dicit quod ſiquis † hodie fuerit furatus unam rem, & cras aliã, ꝙ ꝑꝑ reiterationẽ, & frequentationẽ iſte talis poterit furca ſuſpendi, & idẽ Bal.in auct.ſed nouo iure.C.de ſer.fug.& Mar.ĩ ſin.ſuis 378.vbi dicit ꝙ cõſuetus litigare põt repelli a teſtimonio, vt in.c.quia ſuſpectos.3.q.&.4.alle.ꝙ cõſuetus furari põt puniri pęna mortis, & alleg.Par. de put.in tra.ſin.in.96.car.in.2.col.ver. ſi aliqs eſt inuentus plura ibi accumulans Cœp.conſi.34.nu. 2.Iaſ.in.l.1.nu.4.C.de pręci.impe.offe.fol.42.
12 † Solitus furari habet inditium contra ſe ꝙ in furto ſubtraxerit, vt eſt gl.in.d.l.in ciuilẽ, ibi Bal.& Sal. C.de fur.facit gl.in.l.cũ alleg.C.de vſuris Bar.in.l.
13 caſſius.ff.de ſenatori.vbi dicit † ꝙ malus ſꝑ pręſumitẽ malus in re ſimili, & in.l.fi.de qõ.& ibi Blãc. nu.411.dicens ꝙ hoc inditiũ de ꝑ ſe nõ eſt ſufficiẽs niſi alia inditia cõcurrerint, & idẽ Blãc.in ſupradictis, n.410.Car.ĩ ſua.p.n.107.fol.173.vbi plura ac.
14 † Fuga famuli ex domo dñi in qua res fuit ſubtracta facit inditiũ cõtra eum, vt vol.gl.in.§. ſi vero

in verbo factum in auctentico de exhiben. reis di
cens ibi eſſe optimū argumentum contra famulos
ſeruientes, & fugiētes, vt ex ipſa fuga res amiſſas
videant ſubtraxiſſe Bru. in tra. de ind. q. 3. in prin.
Quod inditiū puto eſſe ſufficiēs ad torturā ſi dn̄s
15 illico conqueſtus ſit quare† natura hoꝝ famuloꝝ
eſt ſꝑ furari. Qn̄ maxime concurrit veriſimilitu-
do ex parte dn̄i & famuli fugiūt maxime ante in-
quiſitionē vel accuſationē, quia tūc facit inditium
ad torturā, prout dictū fuit ſuperius in verbo fuga
et Hip. ī ſin. ſuis. 497. ici. ſꝑiſſime, Blā. ī. l. fi. n. 423
ff. de qō. Mar. ī. p. cri. §. diligēter, n. 47. f. 15. et n. 91.
ibi Iaſ. ī. l. admonēdi, ī pen. car. ī prin. ff. de iur. iur.
16 †Expendēs multam pecuniā vltra ſolitum habet
inditium contra ſe, vt dixit Ang. in. l. milites. C. de
qō. Bru. in tra. de ind. q. 3. circa prin. et maxime cū
iſte talis expendens ante eſſet hō pauper vt vol.
Bar. in. l. fi. de qō. & idem Bar. & Sal. in. l. fi. C. eo.
17 tit. quod tn̄ fallit in†mercatoribus, quia conditio
perſonæ tollit præſumptionem reſultantē ex tali in
ditio: ideo neceſſe eſt, vt talia inditia cōcurrant, vt
dicit idem Brun. in. d. tra. ver. circa tertium ibi ita
ga viſus fuit expēdere, & Blā. in. l. fi. 421. ff. de qō.
18 † Forma pedis furantis in terra humida facit indi-
tiū vt voluit Alb. in. l. inditia, col. 2. C. de rei vend.
quod tamen inditium non eſt ſufficiens ſignum,
neque inditium ad torquendum neque ad retētio
tionem, vt dicit Blan. in. d. fi. nume. 426. de qō. al-
legans Bal. in conſi. 427. incip. quædam mulier. 5:
19 vol. dicēns quod † iudex non debet procedere ad
tormenta ex furore animi, ſed debet hr̄e modera-
men rōnis, & ꝙ per veſtigia pedum ſignificatur
qualitas luporum uulpium, & ſimilium aīalium
& ex ſemita pedū cognoſcitur vnde tranſit latro.

20† Scala ante feneſtras domus in qua factũ fuit furtum ſi ſcala ipſa viſa fuerit in domo alicuius præſumptio eſt contra iſtum talem ad tormẽta ut voluit Par.de put.in tra.ſin.in verbo an ſtet.dicto torti col.7.ver.an ſi reperiatur,prout etiã voluit Bar: in.l.fi.ff.de qõ.per tex.in.l.1.§.ſed ſiquis inſtrumẽto.C.de lati.liber.tollend.Blanc,in.l.fi.infra de qõ, nume.428.et late Paris de put,in trac.ſind.in ver, an ſtetur dicto torti in fi.nume,24.

21 † Vicini habent præſumptionem ſemper cõtra ſe, Quando aliquæ res ſunt ſubtractę ex aliqua domo,& maxime contra illos vicinos qui frequentãt dictam domum uel habent notitiam domus, Ita eſt tex.in.l.dñs horreorũ.ff.loc. & ibi Bal.in.l. ſi ita,in fi.ff.de fun.inſtr.vbi dicit quod ſi in aliqua contrata cõmittitur aliquod delictum debẽt ad tormenta poni vicini & domeſtici qui hñt notam dictam domum quam illi qui non ſunt vicini ſumẽs argumentum ab eo tex. ꝙ furtũ præſumitur factũ a conuerſantibus in domo,& qui hñt notitiam,et practicam in dicta domo,et quod de facili poſſunt

22 iſti tales† ad torturam duci,cum maxime contra iſtos tales laborat mala ſuſpitio,& malum nomẽ quod ſępe ſeruaui dum fui aſſeſſor:iux.doctrinam Bal.& Sal.in.l.fi.C.de qõ.& Mar.in ſua pra.cri. in.§.diligenter,nu.97.fol.17.Iaſ.in.l.in actionibus, nume.40.ff.de in litem iur.fol.136.

23† Culpa cuſtodis ob quam furtum factum ſit facit inditium,vt ipſe cuſtos torqueatur ad manifeſtandum furẽ vt voluit Bar.in.l.1.ff.de off.pręfec. vig. Bal.in.l.3.§. cognoſcit,in fi.eod.ti.Blanc late in.l. fi.nu.425.ff.de qõ.Bar.in.l.1.§. ſerui, in fi.nu.5.ff. de fur.aduer.nau.et ſtab.Bal.& Sal.in.l.1.C.loca.

24† Famuli hoſpitum, & nautarum habent inditiũ

contra ſe maxime quando bona ſunt depoſitata per viatorem, & ſunt ſubtracta quod tunc torqueri poſſunt ex vi legalis præſumptionis, vt voluit Nico.de matar.& ibi Bal.in.l.1.C.locati, & Bar. in.l.1.§.fi.ff.de fur.aduer.nau.caupo.in fin.Ang.de arimino in addi.Ang.de are. in verbo fama pub. nu.107.quod tñ dicendũ eſt prout diſtinguit Blãc. in.l.fi.de qõ.nu.415.& materiam furum vide Cę
25 po.con.26.fol.32.nu.12.13.&.14.17.18.24.†Zuntatores acrius puniendi ſunt, quã fures & fuit de mẽte Io.Bap.de ſancto Seuerino in rub.l. cunctis populos,in.1.col.10.car.C.de ſum.trin.& fi.cat.in vltima repetitione vbi plura iura alleg. idem Marſ.
26 in ſing.ſuis nu.318.fol.32.&† quid in piratis vide Bald.in.c.1.§.iniuria.ver.ſeu furtum,de pa.iu.fir. vbi dicit ꝙ piratæ ſuſpenduntur verſus eum locũ vbi furati sũt alleg.l.capitaliũ.§.famoſos.ff.de fur.

FORMA CONDEMNATIONIS CONTRA FVres hoc modo formatur. *Aduerſus.*

Antonium filium Gireli de Gendenaria furem inſignem.

CONtra quem proceſſum fuit & eſt per nos, & curiam noſtram per inquiſitionem contra eum legitime formatam de eo quod præfatus inquiſitus dum ſtaret in Villa de Minerbio in domo cuiuſdam D. Gratiæ de Alexijs ſimul cum Donato filio.q.Ioannis Baptiſtæ de comitibus Ceſanæ cã diſciplinandi, & in literis erudiendi puerum eiuſdẽ

D. Gratiæ cumque in nocte vigiliç Natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti inquiſitus ipſe profectus eſſet ad eccleſiam Villæ prænarratæ cum alijs de eadem domo pro audiēda miſſa, & omnibus exiſtentibus in prçdicta eccleſia inquiſitus ipſe occulte inde recedens, & ad domum prçdictç gratię ſe contulit hoſtiumque ingreſſus accepit manarinū exiſtentem ſuper uno ſcamno, & amota capſula ipſius Donati eā toto ſuo poſſe portauit extra curtiuum in certis campis non multum longe a dicto curtiuo, & ibi cum dicto manerino quem prç manibus habebat aperuit dictā capſulam, & ex ea furto ſubtraxit crumenam de tela nigra cum ſcutis vigintiquinque, & multa alia bona. &c.

Quç quidem bona de loco ad locum aſportauit, contractauit, ad non modicum damnum, & prçiudicium dicti Donati, qui quidem inquiſitus tanquā fur manifeſtus a villicis eiuſdem villç deprenſus, & in carceribus noſtris detruſus fuit. Qui cum de plano inſtitueretur omnia confeſſus fuit, vt latius in inquiſitione ipſa, & proceſſu deſuper formato continetur, cui cum aſſignatus fuiſſet terminus ad ſe excuſandū, & defendendū nullas fecit defenſiones unde ne de prçdictis gloriari valeat & cçteris ſit exēplo, quod prçdictus Antonius ponatur ad ſeruiendū ſuper triremibus fortiatis Illuſtri. Domi. ſine aliqua paga, & in compedibus per annos ſex continuos, & ſi in dicto termino fugerit ex dictis triremibus, & captus fuerit tunc ſoluat capienti libras. 200. & reponatur ſuper dictis triremibus ad ſeruiendum per duplicatum tempus. Et hoc toties quoties, & in expenſis proceſſus ex arbitrio in his ſcriptis ſententialiter condemnamus, & proferimus.

INQVISITIONIS FORMA CONTRA *Sodomitas public.*

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per Magnificum Dominum Federicum Rhenerium Poteſtatem Cremæ, necnon per Specta. Domi. Iudi. maleficiorum contra & aduerſus.

Sulpitiam filiam Ambroſii de Vico mercato.

IN eo, de eo, & ſuper eo, quod fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione ſic referēte. ſet. c. Quod prædicta inquiſita mulier improba ac inhoneſtiſſima meretrix Deū præ oculis nō hn̄s minusq; timēs diuinas, et humanas leges quibus no cēdi effrenatur cupiditas paſſa fuit in diuerſis tpibus in diuerſis vicibus & cum diuerſis pſonis in menſibus exactis, & pſertim in menſe Maij proxime præteriti ſe contra naturam carnaliter cogniſci, & dū aliquos de violētia, ac prepoſtera venere accuſaſſet nihilominus auſa fuit eoſdē modo inculpare, & modo diſculpare & ſubinde procacibus atque inhoneſtiſſimis verbis iactari ſe atque de huiuſcemodi nefandiſſimo vitio delectari hoīeſq; ſubinde inuitare ſe ipſamque viliſſimo pretio offerre diuerſis perſonis ad huiuſcemodi nefandiſſimā atque deteſtandam libidinem, & ſiqui ſunt q aut ei obtemperare recuſant, aut ei pecuniā exhibere minime pollicent̄ iactat eos accuſare, vel inculpare velle, prout latius in proceſſu ſubinde formato continetur, cōmittendo prædicta contra Deū, ius

& iuſtitiam, ac bonos mores & decreta excellentiſſ. Conſilij. X. in ſcandalum, & peſſimum exemplum huius ciuitatis contra formam iuris, & ſtatutorum Cremæ, ac normã, & regulam bene viuendi locis, modis, & tẽporibus ut diffuſius in proceſſu ſubinde formato contineri dicitur.

Super quibus omnibus & ſingulis idem clariſſimus Domi. Poteſtas procedere intendit.

SVMMARIVM.

1 *Maſculi qui muliebria in corpore ſuo patiuntur, an infames efficiantur.*

2 *Infamia quotuplex eſſe dicatur.*

3 *Eccleſia contra laicos operantes contra naturã, an iuriſdictionem habeat.*

4 *Sodomitæ hodiernis temporibus, an pœna mortis puniendi ſit.*

Contra Sodomitas.

1 Maniſeſtiſſimi iuris eſt quod maſculi qui mu
2 liebria in corpore ſuo patiuntur † licet infames efficiantur quę quidem infamia triplex eſt vt dicit Bal. in tra. de feu. i. c. 1. an remouori circa med. ſol. 41. & fulg. in l. cunctos populos. C. de ſum. trin. pœnã tñ gladij ſiue mortis puniendi ſunt vt eſt tex. in auctenticis vt non luxurientur contra natura. l. fœdiſſimam, & l. cum vir in fœminã et ibi Bal. C. de adult. De iure vero canonico † eccle-
3 ſia contra laicos operantes contra naturam iuriſdi

ctionem habet, vt per ſacros canones deciſum eſt, Vt in.c.clerici de exceſſibus prælа.32.q.7.cap.flagi tia, nam ibi diſponitur quod laici excommunica‑ tioni ſubdãtur et a cetu fidelium alieni fiant, ſi ve ro ſunt clerici a clericorꝫ conſortio penitus reiciã‑ tur, vel in carcerem detrudantur ad agendam per
4 petuam pnĩam † hodiernis vero temporibus pęna ſodomiæ per leges excellentiſſ. Conſilii. X. eſt pœ‑ na mortis ne dum gladio, ſed igne vltore vt om‑ nibus notum eſt, Barb.conſ.62. Gand.in tra.de pę nis in fi. vbi ponit multos caſus, Ang.in tra.male‑ fi.in ver.che hai adulterato, nu.53.fol.62. et Boni. de adult.et ſodomi.nu.10.fol.187. idem ſub rub. de rapt.nume.6.fol.221.

INQVISITIO PRO FILICIDIO.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per Clariſſimum Dominum Ioannem Rhenerium Poteſtatem & Capitaneum Taruiſii, necnon per Spec. Domi Iudi. maleficiorum contra & aduerſus.

Sulpitiam filiam Antonij Baiuli mulierem improbam.

IN eo, de eo, et ſuper eo, quod prędicta inquiſita mulier improba ac inhoneſtę vitę poſtpoſitò diui nio timore grauida facta ſe contulit ad habitandũ

in domo D. Luciæ de Vonico in contrata ſancti Andreæ huius ciuitatis pro Camereria cum qua donna Lucia inquiſita ipſa ſtetit, & habitauit per menſes quinque in circa negans, & diſſimulans ſe grauidam eſſe, arbitrans hoc medio huiuſmodi ſua furta venerea occultare et doloribus partus ac celerantibus ne a patrona & domeſticis audiret die veneris. 17. Februarij proxime præteriti ſe recepit & redduxit in quodā thalamo inferiori eiuſdem domus circiter horas tres noctis, & poſita ſe ſub neceſſario poſt aliquam cubationem puerum peperit, & in cloacam & ſtercus emiſit ad cuius eiulatus cum familiares, & domeſtici domus ſenſiſſent accurrentes ad foramen inferius eiuſdē neceſſarij eum illico inde eſtraxerunt, qui uix ſumpto ſacro munere Baptiſmatis a quodam preſbytero, domeſtico quamprimum vitam cum morte commutauit, quę quidem inquiſita volens tam nefandum ſcelus occultare puerulum ſic demortuum in vlnas ſuas accepit & ad hoſpitale ſanctę Marię Batutorum afferre volens ab officialibus deprehenſa fuit, & in carceribus detruſa committendo omnia prædicta ſcienter, doloſe, apenſate, et proditorie contra Deum, ius, & iuſtitiam, & contra oēm pietatem maternam in ſcandalū & peſſimum exemplum huius ciuitatis, & in perniciem animę ſuę loco, die, & temporibus, de quibus in proceſſu ſubinde formato latius continetur.

Super quibus omnibus et ſingulis. etc.

EIVSDEM.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per Magnificum Poteſtatem Veronæ contra & aduerſus.

Calfurniam improbiſſimam fœminam homicidam.

IN eo, de eo, et ſuper eo, quod fama publica pręcedente, et clamoſa inſinuatione ſic referente, nõ quidem a maleuolis, et ſuſpectis perſonis, necnon a veridicis & fide dignis perſonis non tantũ ſemel, ſed ſępe ac ſępius ad aures, & notitiam pręlibati Clariſſimi Do. Poteſtatis necnon eius Iud. etiam per modum notorĳ auditu peruenit. Quod pręfata inquiſita in nocte die. 19. Iunĳ proxime pręteriti veniente die. 30. eiuſdem in domo Ser Galeazi de Cherubinis in contrata ſancti Firmi ex damnato coitu filiam peperiſſe diabolico afflata ſpũ infantulam ipſam ſic a ſe editam in cloacã domi prędictę contiguam proiecit, & arbitrans hoc medio ſua furta venerea occultare ea ſcelus ſceleri adendo patefecit: ſummus enim Deus nõ patiens illius innocentiſſimę puellę animam pariter cũ corpore proditum iri ſuſcitauit ad eiulatus ipſius nonnullos ex vicinis qui fracto muro ex cloaca ipſa eam inde extraxerunt habentem alterum oculorum eiectum, & totam perſonam contuſam quę quidem puella lauacro baptiſmatis ſuſcepto ſub nomine Ioanne & poſtea in ecclesia ſancti Firmi expoſita ac demum inde ad Hoſpitale delata ibi per circa quatuor horas ex percuſſionibus, & contuſionibus expirauit, Committendo prędicta ſcięter doloſe atque data opera, animo & intentione homicidium committendi in propriam carnem cõtra ne dum humana verumetiam diuina pręcepta in malum exemplum aliarum puellarum huius ciuitatis bene viuere cupientium & in dedecus regiminis.

Super quibus omnibus et ſingulis.etc.

Idē Clariſſ.D.Poteſtas procedere intendit.De hac materia vide Boniſ.in tra.maleſic.de parri.et eoꝝ pœnis.Ang.conſi.27.Bar.in.l.et.l.diuus, de parri. Car.in ſua pra.in.§.homicidii,fol.73.nu.147.

INQVISITIO CONTRA PRODVCENtes falſos teſtes.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus,ſeu forma inquiſitionis,quæ ſit & fieri intenditur per Clariſſ. Domi. Poteſtatem Paduæ,necnon per Spect.Dom. Iudi. maleficiorum contra & aduerſus.

Caium filium Iuliani de Tridento &
Sempronium filium Accurſii de Padua.

INeo,de eo,& ſuper eo, quod fama publica præcedente clamoſa inſinuatione ſic referente nō quidem a maleuolis, & ſuſpectis, ſed a veridicis & fide dignis perſonis non tantum ſemel ſed ſæpe,ac ſæpius.et.c. Quod tempore de quo in querela Iacobi a Sapone inquiſitus ipſe deum præ oculis nō habens,poſtergato timore legum necdum humanarum, verumetiam diuinarum et præſertim partis captę nouiſſime contra hmōi productores et inductores falſoꝝ teſtium auſus fuit,vt omnino voti ſui cōpos eſſe poſſet pollicitationibus, et ſuggeſtionibus conatus eſt inducere quoſdam ex teſtib. per eum productis et ad eius inſtantiam ſuper ip-

ſa querela examinatis ad ea deponendum de quibus erant ignari, et ſic falſum deponere, et inter cęteros teſtes induxit ipſum inquiſitum, qui ſalutis æternæ īmemor diabolicis, et malignis ſuaſionib. et ſuggeſtionibus ipſum Gaiū induxit ad falſum deponendum teſtimonium, et periurium cōmittēdum, nam examinatus pub. teſtis iuramēto depoſuit audiuiſſe dum eſſet in hoſpitio. etc. nominādo in conteſtem hmōi aſſertionem tertium teſtem, et ad reliqua, prout in eius depoſitione contra oēm veritatem deponendo, et in ea. Cōmittendo pręd icta ſcienter appenſate et doloſe contra Deū, ius, et iuſtitiam, contra formam partis Illuſtriſſ. Domi. nouiſſime captę contra hmōi falſoꝝ teſtium inductores, et iuſtitię, et veritatis peruerſores ad nō modicum damnum, et pręiudicium. etc.

Super quibus omnibus. etc. Idem Clariſſimus Domi. Poteſtas procedere intendit. et. c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Crimina obiecta probanda omnino ſunt.*

2 *Quis non debet præſumptionibus damnari in cauſa capitali.*

3 *Maleficium in omni caſu per duos teſtes probari debet.*

4 *Dictum unius teſtis in criminalibus, an ſufficiat.*

5 *Plures ſunt caſus in quibus unus ſolus teſtis plene probat.*

6 *Dictum unius teſtis reuelantis inſidias contra Papam, uel principem, an probat.*

7 Dictum unius teſtis, an faciat inditium ad torturam.
8 Teſtes in criminalibus, an debeant eſſe omni exceptione maiores.
9 Quis dicatur teſtis omni exceptione maior.
10 Teſtis deponens de actu propinquo maleficio, an requiratur q; ſit omni exceptione maior.
11 Teſtis in criminalibus, an debeant reddere cauſam ſui dicti.
12 Teſtes ad defenſam, an recte probant etiam ſi nõ reddunt cauſam ſcientiæ.
13 Teſtis familiaris in cauſa criminali, an repellatur a teſtimonio.
14 Teſtis familiaris non ſalariatus, an repellatur a teſtimonio.
15 Iudæus contra chriſtianum, an poßit eſſe teſtis
16 Teſtes inhabiles, an admittendi ſint quando ueritas aliter haberi non poteſt.
17 Teſtes domeſtici, an admittendi ſint ſuper his quæ domi tractantur.
18 Teſtes inhabiles, an de uoluntate partium recipiendi ſint.
19 Teſtis laicus contra clericum, an admittatur in cauſa criminali.
20 Teſtis laicus, an faciat inditium ad torturam.
21 Teſtis inimicus, an repellatur a teſtimonio.
22 Teſtis deponens in articulo mortis ſe falſum dixiſſe, an ei credendum ſit.
23 Dictum uulnerati aſſerentis ſe mori culpa me-

dici, an poſsit percuſſorem iuuare.

24 Teſtis credens dicere ueritatem & iurans, an dicatur periurus.

25 Teſtis ſi in prima depoſitione dicit unum, & poſtea in ſecundo dicto dicit contrarium, an ei fides ſit adhibenda.

26 Teſtis deponens per uerbum iudicio ſuo, an prohibet.

27 Teſtis deponens aliquid fuiſſe factum præſente Sempronio. Et ille dicat illi actui præſentem non fuiſſe, an dictum teſtis annulletur.

28 Teſtis cui in ſecreto aliquid dictum fuit. Et cũ iuramento, an poſsit illud iudici reuelari.

29 Teſtes deponens uidiſſe duos inſimul rixantes, & ſedata rixa comperitur alterum ex ipſis eſſe percuſſum, an ex hoc dicto poſsit deueniri ad condemnationem.

30 Ex præſumptione uiolenta, an poſsit perueniri ad ſententiam diffinitiuam.

31 Teſtis uarius in depoſitione ſua, an ad torturã poni poſsit.

32 Teſtis minor quatuordecim annis, an in cauſa criminali examinari debeat.

33 Teſtis minor uiginti annis, an in cauſis criminalibus Idoneus ſit.

34 Teſtes minores, an in ſubſidium examinari poſſunt in cauſa capitali

35 Teſtes ſingulares, an ſint coniungendi ad faciendam plenam probationem.

36 Teſtes deponentes de aliquo facto ſequuto præſentibus Seio, & Titio, & interrogatus de præſentibus reſpondeat nullis alijs, an ei fides ſit adhibenda.
37 Teſtes falſum deponentes in eo in quo non conſiſtit ſubſtantia negocij, ſed incircũſtantijs, an eorum indicia uicientur.
38 Teſtes contrarij in quibuſdam acceſſorijs, an plene probant.
39 Teſtis in cauſa criminali deponens falſum, an debeat pati illam pœnam quam ſubire debet accuſatus.
40 Teſtis deponens de ueritate coniunctus cũ alio teſte de fama, an plenam facit probationẽ.
41 Teſtes ſingulares in eorum depoſitionibus, an ſint coniungendi ad faciẽdam perfectam probationem.
42 Teſtis mulier, an in teſtamento chyrographo, uel in cauſa criminali idonea intelligatur.
43 Mulier teſtis in teſtamẽto ad pias cauſas, an poſſit interuenire.
44 Teſtes domeſtici & minus idonei, an probent ad defenſam alicuius.
45 Teſtis omni exceptione maior ſolus alijs non concurrentibus, an faciat inditium.
46 Teſtis omni exceptione maior nõ rite receptus, an probet.
47 Producens teſtes falſos ex lege punitur in capit. quidam produxit unum tantum, an puniatur

niatur in capit.

48 *Fautores & conſpiratores de iure, an a teſtimonio repellantur.*

DE TESTIBVS IN MATERIA CRIMINALI.

1 CRimina obiecta probanda ſunt, nec ex prę-ſumptionibus et inditijs quis eſt damnandus vt.l.ſciant cuncti.C.de reprob.l. abſentem.ff. de pœ.l.qui ſententiam laturus eſt.C.eo.ti. late Oldra.in con.291.in fi.ver.propterea opponēdo Marſi.§.diligenter,fol.14.nu.22.idem Marſi.in.l.tepeti.nu.26.fol.56.ff.de qõ.Io.de ana.conſi.59.incip. viſa inquiſitione in.2.col. poſt principium vbi di-
2 cit ꝙ† pręſumptiones probabiles, et uehementes non operantur ꝙ ex ipſis poſſit reus in cā criminali dānari alleg.plura iura. Qui et quot vero teſtes requirant ad probandū maleficiū et delictū cōtra quācūꝗ pſonā de ſingulis inferius ſubnectemus.
3† Maleficium ergo probatur per numerum opportunum ad minus per duos teſtes vt eſt teſtus vbi numerus.ff. de teſt.c.in omni extra de teſt. Marſi. in ſing.ſuis,nu.47.et nu.433. incip. trita quod intellige etiam contra Papam, et Imperatorem, vt in.c.pręſul.2.q.5. Dec.in conſi.342. Pau.de ca.cōſ. 303.amplia etiam in cā hęreſis vbi duo teſtes ſufficiunt vt vol.Card.cle.1.§.pen. de hęreticis. Et in
4 quocunque actu regulariter† vnus teſtis non ſufficit maxime in criminalibus vt plenam facit probationem.l.iuſiurandi.C.de teſtib.et.d.l. vbi numerus Soc.in reg.423.in tra.fall.Mar.in conſi.20.

Felin.in capitulo ſuper verſicu.extra gloſſ. de teſt. idem Marſi.in conſilio ſexageſimoprimo,& conſilio centeſimo decimoſexto. Sunt tamen plures caſus in quibus vnus ſolus teſtis plene probat, quos ponit accurate Specula. in titulo de teſtibus
5 §. reſtat, in ver. hoc tamen fallit † vbi enumerentur triginta caſus in quibus vnus ſolus teſtis plene probat, vt per Ioannes andreas in capitulo vt circa de electionibus in ſexto per Innocentius & Baldus in capitulo veniens, el primo de teſtibus, Marſilius in.l. de minore,in.§.tormenta, in vltima columna de quæſtione, numero decimo
6 octauo. Nam creditur † vni teſti reuelanti inſidias contra Papam,aut Imperatorem. Item creditur vni teſti affirmanti ſe corruptum a tali, ut per Marſilius in.l. ſecunda.§. cornelia, in principio de teſtib.& late in ſingulari ſuo centeſimo decimo ſecundo, folio ſecundo,Carrerius in ſua practica, folio trigeſimo octauo, numero centeſimo ſexageſimo ſecundo, quod tamen intellige prædicta.
7 Vt † vnus teſtis plene probet ad faciendum inditium ad torturam, non autem plenam probationem,vt condamnetur, prout voluit Bonifacius in tractatu maleficiorum in titu. de probatio. vbi ponit multos caſus,vbi vide Socinum in rubrica.507.in fi.in tract. fallen.
8 † Teſtes in criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores, prout dicit Bartolus in.l.fina. ff.de quæſtio.& in.l. admonendi. ff. de iureiuran. Et Cyn.in.l.tertia.C.ad legem iuliam maieſta.& Innocentius in capitulo ſicut de ſimo.el primo,& Bald.in.l.ſecunda.C.quorum app. non reci. & in conſilio ſuo.97.incipient. an mandatarius, &.c. ante fin.in quinto volumine,& in.l. ſiquis ex ar-

gentariis in.§.quod ſi plures.ff.de edendo,& Ange.de Are.in.l. fi.in prin..ff.ꝙ met.cau. & in auc. de teſta.imperf.in prin.& in tra. maleſi.verbo fama pub.in uer.quæro aliter probetur inditiũ, &c. & Salycetus.l.finali.C. de quæſtionibus. & Alexander in conſi.18.incipiente viſo proceſſu. in vlti.col.in.1.vol.et in conſi.224.incip.etiam,viſo proceſſu,et in conſi.150.inci.in cã,et lite.etc.in vlt.col. in.5.vol.et Cœp.in cõ.ſuo.50.incip.Lucius in .fin. & Hippolytus etiam in ſua practica crimin.§ diligenter, in principio,numero ſexto, & ſeptimo, dicens quod vnus teſtis de viſu facit inditium ad torturam, quando eſt integer ſeu omni exceptione maior. Et idem voluit Iaſon in conſilio vigeſimo ſecundo, in primo volumine. Et aduerte, quod† teſtis dicitur omni exceptione maior quan
9 do nulla imputatio contra eum fieri poteſt, et nil penitus patiatur per gloſ.in.§.item verborum,inſti.de inuti.ſtipu.Bald. in rubrica de contro. inueſti.Bartol.in.l.maritus.ff.de quæſtionib. Blanc.in l.fina.eodem titulo.numero.317.quod intellige de
10 † teſtibus deponentibus de ipſo maleficio, ſecus ſi deponat de remotis a maleficio nam tunc non requiritur quod ſint omni exceptione maiores, vt voluit Marſilius in.l.prima.§.fina. de quæſtio. Carrerius in ſua practica criminali, folio trigeſimo ſeptimo,numero.165.Bald.in.l.fina.C. de probatio.& ibi Salyce.idem Bald.in.l.optima.C. de contrahen. & committen. ſtipu. Brun. in ſuo tracta.de inditiis, in.1.car.Bar.in.l.maritus.ff.de qõ. In tali ſiquidem caſu admittũtur etiam infames, ad quod alleg.Baldus.in.l.cunctos populos.C. de ſumma trinitate,et fide catholica,et Bartolus in.l. 1.in.§.qõni,ff.de queſt.et in fi.ff.de excu.tuto.

11† Teſtes in criminalibus etiam non interrogati debent reddere cām ſcientię alias non probāt nec faciunt inditium vt vol. Sal. in. l. fi. C. de prob. Alex. conſi. 15. 8. col. vol. Iaſ. in. l. admonendi, col. 103. de iureiur. Soc. in reg. 302. 5. fal. in trac. fal. Dec. in con. 27. Mar. in ſua pra. §. diligenter, et in ſing. ſuis, nu. 19. incip. tu ſis, et nu. 183. inci. difuſe, Car. in ſua pra. fol. 40. nu. 168. quod limita qñ teſtes deponunt, et teſtificantur ad offenſam, ſecus ſi ad defenſam† nā recte probant etiam ſi non reddunt cām ſcientię, quia iudex debet eſſe fauorabilis reo ſuper defenſionibus, vt volunt doctores, et idem Mar. in. l. fi. C. de proba. in. 11. et. 12. car. vbi per te videre poteris, Soc. in reg. 496. 1. fallen. in tra. fallen.

13† Teſtis familiaris licet regulariter a teſtimonio repellatur. l. 2. C. de teſt. l. idonei, et. l. teſtes. C. eo. tit.

14 fallit tñ in famulo† non ſalariato, quia tunc admittitur ad teſtificandum pro domino, et maxime in familiaris honeſtę vitę, prout dicit Fel. in. c. cum a nobis, in vlt. col. in fin. de teſt. Spe. in tit. de teſt. §. 1. ver. ſed de quo mercenario. Marſi. in ſing. ſuis, nume. 5. incip. regula eſt.

15† Iudęus non poteſt eſſe teſtis contra chriſtianum, vt habetur in. l. quoniam multi. C. de hęreti. et ibi Bal. Io. de Imo. in conſi. ſuo. 11. incip. in caſu propoſito, Alex. in. l. admonendi. ff. de iureiu. Soci. in cōſi. 70. in. 1. col. incip. in pñti Bart. in. l. in illa ſtipulatione ſi cal. in col. 19. ff. de ver. obl. Marſi. in fin. ſuis nu. 41. incip. Iudęus, et. 273. incip. notiſſimum.

16† Teſtes inhabiles admittuntur, vt veritas habeatur quando veritas aliter haberi nō poteſt, vt vol. Sal. in vulgata. l. ea quidem, in ver. ad. 5. qō. C. de accu. et Ang. in tra. maleſi. in. l. fi. C. de prob. in. 4. car. circa mediū quod intellige quando ex natura

ipſius facti, ſeu negocij alii teſtes occurrere nõ poſ ſunt, vt voluit Alex. in conſi. ſuo. 68. incip. viſo in
17 2. col. in. 2. uol. Nã ea quę fiunt † in domo pñt probari per eos qui habitant in domo, ut in. l. conſenſu. C. de repudiis quod ſecus eſt ſi alii teſtes idonei ex natura illius negocii et rei poterant adeſſe, et occurrere ut dixit Marſil. in ſingula. ſuis numero. 73. Philip. Dec. in conſi. 133. incipien. uiſo in ultima col. ſed ubi negocium actu et habitu, et communi curſu ſe habet quod alii teſtes haberi poſſunt, tũc tales teſtes inhabiles non ſufficiunt ad plenam fidem faciendam, Abb. in. c. fi. de teſt. cogendis, et late. d. Alex. in conſi. 64. incip. uiſo themate in. 1. uol.
18 et idem dicendum eſt. Quãdo † teſtes eſſent a partibus rogati, quia tunc licet eſſent inhabiles tamẽ plenam facerent probationem, ut uol. eleganter. Marſi. in ſing. ſuis incip. licet teſtis.

19 † Teſtis laicus non admittitur in criminalibus cõtra clericum ad plenam probationem faciendam, ut in. c. ueniens, el. 1. de teſtib. Spec. in tit. de teſte. §. 1. uer. item quod eſt laicus Ab. in. c. de cętero, de teſtib. ſecus tñ eſt dicendum ad faciendum inditium
20 ſeu ſuſpitionem, quia dictum † laici contra clericũ facit inditium ad torturã, ut dixit Ab. et Fel. in. d. c. de cętero, de teſt. Alex. in. l. maritus. ff. de qõ. Alex. in conſi. 64. 1. col. in. 1. uol. Marſi. in ſin. ſuis, nu. 98. Bar. in. l. fi. ff. de in litem iuran. ubi dicit quod quotienſcũque probatio probat in ciuilibus facit inditium ad torturam in criminalibus, Socin. in regu. 500. 5. fallen. in tracta. fallen.

21 † Teſtis inimicus repellitur a teſtimonio cap. repellantur. c. cum p. de accu. c. ſi teſtes. 4. q. 3. et in. l. liberi. C. de inof. teſt. Bar. ſingul. in. l. 1. in fi. ff. de his quib. ut indig. Lud. Ro. in. l. 1. §. reſcriptũ, in prin.

ff.ad ſill: Alex.in conſi.ſuo.99. in cã inquiſitionis, in.2.col.in.1.vol.late Mar.in.l.1.§.pterea.ff. de qõ. n.3.car.16.cũ in fi.vul.et Blã.in.l.fi.n.130.ff. de qõ.

22† Teſtis deponenti in articulo mortis ſe falſum di xiſſe non creditur, vt vol.Inno.in.c.cum dilectus, de electione, & alleg.c.ſicut de teſtib.Lud.& An ge.in.l.ſiquis in graui.§.ſiquis moriens.ff.ad ſilla nia.& dicit Pet.de anch.in.c.fina.extra de ſucceſſ.

23 ab inteſt.† Quod ſi vuulneratus dixit ſe mori cul pa, et defectu medici, quod propter hoc non iuuat percuſſorem, quod dictum ſequitur Fely.in.c.literas, in pen.col.de præſump.Mar.in ſua pract.§.reſtat, num.3.Iaſ.in.l.iuſiurandum.§. procurator.nu me.24.25.&.26.ff.de iniur.

24† Teſtis credens dicere veritatem, & iurat licet, vt veritas ſit in contrario non tamen dicitur periurus ut notabiliter diſtinguit Bal.in.l.2.§. obſeruare, in.4.notab.C.de iuramen.calum.Pet.de ancha.in.c.2.de iuramen.calumniæ, Felyn.in.c.1.circa fin.de lit.conteſt. Archi.in.c.beati.2.q.7.Marſi. in.l.1.§.præterea, fol.7.numero.13.

25† Teſtis ſi in prima teſtificatione dixit vnum poſtea in ſecundo dicto dicit cõtrarium neutro dicto ſtandum eſt, maxime ſi nullam cauſam aſſignet, quare contrarium dixit in primo ſuo dicto, vt vo luit Marſi.in.l.ex libero.fol.54.nume.28.ff.de qõ. alleg.teſt.in.l.1.ff.de teſt. & in.l. qui falſa vel varia, eo.titu.in.c.cum eccleſia ſutrina, de cauſa poſſeſſionis & proprietatis Spec.in tit.de teſt.§.1.ver. item quod teſtes ſunt uarij, & ver. quid ſi idem teſtis, & ibi, Ioan.and.idem Marſ.in ſing.nu.103. incip.veritas, cum infinitis.

26† Teſtis deponens per verbum iudicium ſuo iunctum cum aliqua ratione, vel præſumptione pro

bat,& dicto ipſius fides eſt adhibenda, vt Cy.in l.teſtium.C.de teſt.Bal.in.l.ſolam,in.2.col.ver. ex hoc nota.C. de teſt.Iaſ.in.l.1.nu. 25.fol.127.ff.de re iud.Io.and.in addi.ad Spec.in tit. de teſte.§.ſuper, verſic.item quod deponit,& de credulitate,Alex. in conſi.186.incip.in cã & lite in pen.col.in.2.vol. idem Alex.in conſi.119.incip.viſo proceſſu in.3.co lu.in.7.volu.Marſi.in ſing.ſuis,nume.183.fol.17.

27 † Teſtis qui deponit aliquid fuiſſe factum pręſente tali,ille autem examinatus, an fuerit præſens illi actui dicit quod non,an per talem contradictionem annulletur actus,& depoſitio ipſius Bald.in l.teſtium.in.4.col.C.de teſt.quem refert & ſequitur Alex.in conſi.ſuo.287.incip. viſis & ponderatis his in pen.col.vbi ad hoc alleg.Bar.in.l.1.§.1.ff. de auct.tut.Bal.Ang.Imo.in.l.hæredes palam, in prin.de teſt.Bal.i.l.1.in fi.C.de bon.poſſ.ſecũ.tab. Alex.in con.ſuo.65.inci.viſis proceſſibus,in pen. col.in.2.vol.Bal.con.ſuo.37.inci.quidã tabellio,in 3.vol.Iaſ.in.l.2.in.§.voluntatẽ, in.4.col.nu.21.ff.ſolu.ma.Alex.in conſi.134.in.2.vol.incip. in cã & lite Marſi.in ſing.ſuis,nu.408.fol.41.

28 † Teſtis cui dictũ fuit aliqd in ſecreto,& ſub vinculo iuramenti põt,non obſtante iuramento,illud iudici reuellare, Abb.in.c.ſi ſacerdos,in.2.col. de offi.ordina.Inno.in.c.qualiter,& quãdo de accu. & in.c.oẽs vtriuſque ſexus circa fi.de pęn.et rem. Ratio eſt quia iuramentũ non extẽditur ad iſtũ caſum qñ.ſ.producitur in teſtem. Ratio rõnis eſt,qa ſi intendebat iurans ad hunc caſum extẽdere iuramentũ certe fuit temerariũ,& nõ ſeruandũ,ꝙ dictũ refert & ſequit̃ Iaſ.in.l.fi.in.3.col.ver.13.qui.ff. ſatiſd.cog.Mar.in ſin.ſuis.424.incip.accipe quęſo late Ioã.veni.in ſylua nuptiarum,in.11.c.in.4.col.

29† Teſtes qui deponunt uidiſſe duos aduinuicem rixantes et dimiſſa rixa dicunt ꝙ uiderunt alterũ ex ipſis eſſe percuſſum, et uulneratũ certe ex hoc reſultat inditium indubitatum quod ille talis eum uulnerauit ex quo dicto poterit deueniri ad condemnationem ita ſingulariter dicit Sal.in.l.fin.C.de prob.Soci.in conſi.54.incip.uiſis teſtib.penul.col. 3.uol.Fran.Bru.in tra.ſuo de indi.in.5.car.in.1.col. uer.aliud exemplum Hip.late in rub.C.de proba.
30 in illa qõ.an† ex pręſumptione uiolenta poſſit perueniri ad diffinitiuã. Et idẽ Mar.in ſing. ſuis.288. fol.29. Ang.in.l.ſiquis alieni.C.ad.l.iuliam maie.
31† Teſtis uacillans in ſuis diſpoſitionibus quęſtionatur,ut in.l.ſuper ſtat.C.de qõ.Par.de put.in tra. ſind.in uer.uiſo de indi.Are.in tra.maleſi.in uer.fama pub.nu.105.Bru.in trac.de indi.col.12. Hip.in ſua practica in uerb.diligenter,nu.74. qui multas cotas adduxit iuxta ſolitum.
32† Teſtis minor quatuordecim annis in cã criminali non debet examinari,ut eſt tex.in.l.3.§.lege iulia,ibi q ue impubes erit.ff. de teſt. et hoc propter lubricum conſilii ſui idem determinat Ang.in auten.de teſt. §.ſancimus,Hip.l.de minore, in prin. nu.22.ff.de qõ.Blã.in.l.fi.nu.346.ff.eo.ti. et ſi examinaretur non faceret inditium plenum,ſed quale qle,ut dicit Flo.i.l.teſtimoniũ,n.2.ff.de teſt.ꝙ not.
33† Teſtis minor uiginti annis in cauſis crim.nõ eſt idoneus teſtis ad probandum propter ętatem.l.in teſtimonium.ff.de teſt.Quod tamen fallit quando alię probationes haberi non poſſunt, utputa ſi
34 duo† minores uiginti annis uidentes delictum et alii non uidentes, an in ſubſidium plene probent, dic per Albe.in.d.l.teſtimoniũ, qui tenet quod ſic, Io.an.in ti. de teſte, in Spec.ſuper illo uerbo item

excipitur quod eſt impub.et.in.c. forus cum glo. de verb.ſignifi.Alex.in conſi.24.2.vol.incip. animaduerſis,4.col.vbi tenet quod duæ fœminæ plene probent quando aliæ probationes haberi non poſſunt Iaſ.in.l.fi.C.de his quib.vt indi.nu.7.quia minus idonei teſtes in ſubſidiū reputanť idonei.

35† Teſtes ſingulares quando coniunguntur ad faciendam plenam probationem, dic vt per Bal.in rub.de controuer.inueſtitu. & in auc. rogati circa fi.C.de teſt.et idem vol.Dec.in.c.licet cām nu.16. ver.& hoc primo de prob.Soc.in conſi.54.Blan. in.l.fi.de qō.n.369.fol.97. quod dic vt per Iaſ.in.l. galus.§.ılle cās,nu.6.&.7.ff.de lib.et poſthu.ꝙ ad faciendā plenam probationē opus eſt ut in ſua ſpē ſemiplena probationis vnuſquiſque ſit perfectus.

36†Teſtes deponentes de aliquo facto, ſeu delicto pn̄tibus Seio,& Titio,& in fine ſuarum depoſitionum interrogatis de pn̄tibus dicant nullis alijs pn̄tib.intelligitur ſemper exceptis, Titio, & Seio ita vol.Alb.in.l.ait prætor.§.iuraris.ff. de iureiurā. Dec.in.l.1.ff. ſi cer.pet.nu.15.Rom.in.l.1.in prin.ff. de ope.no.nun.Specu.in tit.de noto crimi.§.fama, verſi.quid ſi etiam Bal.in.l.ſi defenſor.§.qui interrogatus hæredem.ff.de interrog.actio. Socin.in.l. ait prætor.§.iurari vt ſupra & ibi Alex.

37† Teſtes ſi deponunt falſum in eo in quo non conſiſtit ſubſtantia negocij,ſed in circunſtantijs,an uitietur eius dictum,dic vt per Iaſ.in.l.ſi ex falſis,nume.10.C.de trans.Dec.in.l.mutij.§.creditum.ff.ſi
38 ſi cer.pet.nu.7.vbi dicit ꝙ licet† teſtes ſint contrarij in quibuſdam acceſſoriis non vitiatur eius dictum alleg.Spe.in tit.de teſt.§.1.ver. item quid de ſuo Ang.in conſi.194.& incip.viſ.proceſſ.274.incip.ex themate col.7.Bal.in.l.de quibus, col.pen.

ff.de leg.& l.pen.circa fi.C.de tranſ.Iaſ.late in.l.ſi quis nec cãs nu.22.ff.de rebus cred.& de materia teſtium,vide conſilium Cœp.nu.60.per totum.

39 † Teſtis deponẽs falſum in cã criminali debet ſubire illam pœnam quam de iure pateretur accuſatus tex.fin.in.l.1. poſt principium in verbo qui ut falſum teſtimoniũ.ff.ad.l.cor.de ſic.Bal.in.c.1.§.iniuria,in vlt.col.de pace iur.fir.idem Bal.in.l.2. C. de reb.cred.& in.l.presbyteri.2.col.C.de epiſc. & cler.& idem Bal.in.l.data opera.10.col.C.qui accu.non poſſunt.Iaſo.in.l.& ſi legibus, nu.6.C. de contra.iuſ.vel pub.vtilitatem.

40 † Teſtis deponens de veritate, & idem de alio cũ fama inducit plenam probationem,vt voluit Soc. in.l.Gallus.§.ille cãs,nu.6.ff.de lib.& poſthu. Lu

41 do.Rom. in conſi.7. vbi dicit quod † teſtes ſingulares in eorum depoſitionibus, & ſuper facto, ſuper quo deponunt ratione ſingularitatis coniunguntur probationes ad faciendam perfectam probationem,Cyn.in.l.2.in.4.q.prin.C. quæ ſit longa conſuetudo Bal.in.l.ſi ex cautione.C.de nõ nume.pecu.Sal.in.l.teſtium,in fi.C.de teſt. Aret. & Moder.in.c.licet ex quadam,extra de teſtib.Mar. in ſua pra.§.diligenter,n.14.fol.14.& nu.149.cogita,& vide prędicta in locis præalleg.quia non reperies alibi ita declarata.

42 † Teſtis mulier neque in teſtamento neque chyrographo,necꝫ in cã criminali idonea eſſe põt, vt.l. qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſt.inſt.eo tit.§.teſtes,& per Bal.ſingu.in.l.nec ſcripturas.C. q po. in pig.hab.& Gãd.in tra.maleſi.in tit. de furtis in fine Io.de ana.in.c.tanta labes extra de ſimo.Alexã.conſi.11.incip.circa primum.1.vol.licet Imo.in d.§.mulier,teneat cõtrarium,& dicat ibi eãm eſſe

cōem opinionem Soc.in trac.reg.cum fall, nu.511.

43 Dicit quod hæc regula non habet locum † in teſtamento facto ad pias cās, vt vol.Pau.de caſt.in cōſi.361.& in codicillis ac etiam ad probandū teſtamentum, vt late per Alb.in.d.§.mulier, vbi diſputat hanc qōnem eam examinando ad partes.quę qdē materia examinat̄ p Cœp.in con.60. p totū.

44 † Teſtes domeſtici, & minus idonei licet nō probēt, attamen ad probandā innocentiā alicuius nō excludunt̄, vt ſin.dicit Io.de an. in cō.59.inci.uiſa inqſitione.1.col.Alex.in con.114 incip.viſo themate.5.vol.Marſi.in ſing.ſuis, nu.59.incip. innocentibus fol.6.&.72.incip.ferre per totam Italiam.

45 † Teſtis omnis exceptione maior nō facit inditiū ad torturam ſi eſt ſolus, neq; cōcurrant alia inditia, vt fama cōtumacia præcedens inimicitia, vel alia remota inditia, dic vt p Cyn.in.l.ſi.C.de qō. Iaſ.in repe.l.admonēdi, nu.187.ff.de iureiur. alleg. Alex.conſi.353.incip.viſo themate anteſcriptę inquiſitionis col.2.Marſi.in ſing.ſuis, nu.342.incip. quando teſtis omni exceptione maior quod not.

46 † Teſtes oī exceptione maior nō rite receptus, & examinatus in cauſis crimininalibus non facit inditiū, vt notabiliter, dicit Bal.ī.c.1.§.ſacr̄m,.in cōſi.11.inci.illud in mediū in antepe.col.4.vol.Bal.in auct.ſed & ſiquis in pen.col.C.de teſtib.vbi dicit ꝙ teſtis non rite receptus nō probat Marſi.hoc idē in ſing.ſuis, nu.342.incip.quando teſtis, fol.35.

47 † Teſtes falſos producens ex.l.municipali puniūtur in ducatis centum, & ad alias pœnas quidam produxit unum teſtem tantum, an puniri debeat in ducatis.100.& ad alias pœnas, dic ꝙ ſic, vt per Albe.in.l.2.§.homines.ff.vi bono.rap.idem in tractatu ſtatuto.q.28.par.2.fol.28.

48 † Fautores, & conſpiratores in delictis ſeu criminibus de iure repelluntur a teſtimonio, vt in.c.licet heli,&.c.per tuas extra de ſimoni.

INQVISITIONIS FORMA CONTRA *fractores confinium.*

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per Clariſſimum Dominum Poteſtatem Paduæ, necnon per Spectа. Domi. Iudi. maleficiorum ex eorum & cuiuſq; eorum arbitrio Poteſtate bailia atque authoritate contra & aduerſus.

Baldum de Carauagio.

IN eo, de eo, & ſuper eo. Quod dictus inquiſitus qui eſt bannitus de Padua, & agro Paduano, & per.15.miliaria vltra confinia per annos decē. &c. Cum hoc quod ſi in termino dierum.15. proxime futurorum carceribus noſtris ſe præſentauerit vt mittatur ad ſeruiendum ſuper triremibus ſforciatis Illuſt.Dom.&c.vt latius in ſententia nondum in termino ipſo ſe præſentauit ſed parum timēs ſta tuta leges et decreta contra hmōi inobedientes, et fractores cōfiniū per Illuſt.duc.dñium in dies auſus fuit in dedecus regiminis, in ſcandalum, ac malum exemplum bene viuere cupientium ſuo temerario auſu & banno ipſo non obſtante animo forſan aliquid mali committendi venire in hāc ciui-

tatem, & per eam ad ſui libitum vagari nō ſecus ac ſi non eſſet bannitus, vbi ſuper tripudio, quod fiebat in domo Tomæi de Bruno ſita in contrata ſanctæ Catherinę per vicecomeſtabilem noſtrū, & in fortiis noſtris præſentatus & non obſtāte la pſu temporis de quo in ſententia bāni illi intimato, an vti velit beneficio in ſententia limitato, & reſeruato, vt medio ſeruiendi per menſes. 18. ſuper triremibus ſforciatis, vt ſupra a banno ſuo ſe redimere valeret per ſcripturam per patrem illius pro ductam huiuſmodi beneficio vti velle recuſauit, & vt latius in proceſſu continetur.

Super quibus omnibus & ſingulis idem clariſſimus Dom. Poteſtas procedere intendit. &c.

Iſta materia decidit̃ per ſtatuta terrarum, & per. ll. et decreta Illuſt. & Excellē. Conſilii. X. anni. 1531. 30. Aug. &. 1503. 21. Iulii & ideo nota & obſerua.

FORMÆ INQVISIT.

PRO INSVLTV ET VVLNERIB.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per Mag. & Clariſſ. Dom. Poteſta. Taruiſii, necnon per Sp. eius Dom. Iud. Maleficiorum ex eorum & cuiuſq; eorum. &c. Necnon ad querelam, & denunciam Vicecomilitonis, &c. contra & aduerſus.

Sempronium filium Accurſii Florentini & alios loco, & tempore propalandos.

IN eo, de eo, & ſuper eo, &c. Quod prefatus Sēpronius inquiſitus non contentus de multis inſolē-

tijs hactenus per eum tam de die q̄ de nocte temerarie commiſſis in hac ciuitate cū multis alijs ſuis complicibus, & fautoribus ad numerum viginti loco, & tempore propalandis in vilipēdium regiminis, quod in die dominico. 16. Ianuarij proxime exacti, idem Sempronius, & complices armati diuerſis armorum generibus de ſocietate etiam aliorum loco, & tempore propalandorum auſi fuerunt circa horas quinque in ſex noctis eiuſdē diei accedere ad domum Dominici Cararij huius ciuitatis in qua priuatim agebant coreæ, & vi ac violentia prædictam domum ingredi nitebantur contra velle predicti Dominici conantes omnino idē ſnquiſiti hoſtium prędictę domus in terram deijcere, quæ niſi intus munita & fortificata fuiſſet illā proculdubio in terram deieciſſent acclamantes, et dicentes, aprite becchi ſottuti caſtronacci, che vi vogliamo pellar la barba, & caruarui il cuore, ſe auenne, che fuor di qua vi trouiamo, & non contenti de prædicto inſultu, ſed perſeuerantes in eorum malo propoſito volentes omnino eorum præcedētes minas executioni demādare in die lune. 17. eiuſdem menſis dicti inquiſiti euntes in ſectam per hanc ciuitatem quæritantes præfatos artifices velle omnino eos offendere, & cum obuiam habuiſſent Franciſcum Cararium nepotem eiuſdem Domici ei dixerunt, ſei tu di quei del filo del predetto Dominico, qui cum eis reſpondiſſet quod ſic tunc vnus ex dictis inquiſitis ſine alijs verbis cum vāto de maleis alapam dedit dicto Franciſco, & incontinenti dimiſſo palio enſeq; nudata cœpit admenare plures ictus ad perſonam eiuſdem Franciſci qui cum ſaluti ſuæ aliter prouidere non poſſet fugam eripuit in domum cuiuſdam Cerdonis ibi-

dem propinquam, qui cum poſtea & reduxiſſet ſuper ſacrato eccleſiæ cathedralis del domo tanquam in loco tuto.& ſecuro & per dictum Sempronium hoc intellecto de ſocietate aliorum loco, & tempore propalandorum acceſſit ad dictum locum,& non obſtante ꝙ præfatus Franciſcus eſſet ſuper ſacrato eiuſdem eccleſię idem inquiſitus nullo habitu reſpectu loci barbam manu ſiniſtra aprēdit & cum dextra nudato pugione quem ad latus habebat furibunde poſuit ad pectus ipſius Franciſci,tirandolo per la barba,et dicendogli becchi fot tuti ui voglio ſquartar tutti,aſſiſtentib.eo tunc,& auxilium, & fauorem dantibus præfatis complicibus,& fautoribus ipſi Sempronio qui omnes inquiſiti non contenti de prædictis, ſed volentes omnino eorum diabolicum,& præmeditatum propoſitum executioni demandare, ita armati & in ſecta vagantes per laſciuiam ſuper contrata prędicti Dominici animo & firmo propoſito de eum offendendo qui cum pluries exploraſſent Ioannem Cararium eiuſdem Franciſci nepotem eſſe ſub porticu liberalis pinadelo impetuoſe unanimes irruerunt in eum qui ſaluti ſuæ conſulens in domum Lucæ Fabriferrarij ſe contulit inſequentibus prædictis inquiſitis qui cum diu illum perquiſiuiſſent, & nullatenus habere potuiſſent, inde receſſerunt & parum poſt prædicti omnes inquiſiti impulſi diabolico ſpiritu cum inueniſſent Dominicum Cararium cum duobus aliis in eo impetum fecerunt, & irruerunt, & duos eorum percuſſerunt, & plures ictus, & percuſſiones intulerunt præfato Dominico, tam ad viam capitis quam in dorſo, & brachiis ibi ſemiuiuo relicto aſſiſtentibus ſemper præfato Sempronio,

& complicibus multis aliis fauorem auxilium, et opem cooperatiuum præſtantibus, & dicentibus ammazza ammazza. Committentes prẹfati inq̄ſiti dictum exceſſum, & inſultum ſcienter, doloſe, & appenſate contra Deum, ius, & iuſtitiam, & in vilipendium regiminis ac pacifici ſtatus, contra regulam, & normam bene viuendi, & in malum exemplum aliorum bene viuere cupientium.

Super quibus omnibus, & ſingulis, annexis, connexis dependentibus, & emergentibus idem Clariſſimus Domi. Poteſtas & dictus Domi. Iudex procedere, & inquirere intendunt, & contra præfatum Sempronium, & alios culpabiles repertos punire, & condemnare ſecundum formam iuris et ſtatutorum Taruiſii prout iuri et iuſtitię conuenire videbitur.

SVMMARIVM.

1 *Intereſt reipub. delicta puniri.*
2 *Delicta in aliquibus caſibus, an punienda minime ſint.*
3 *Inſultus, quomodo diffiniatur.*
4 *Inſultus, & aſſaltus, quomodo inter ſe differūt.*
5 *Faciens inſultum cum armis licet ad arma manus non poſuerit, an de inſultu cum armis puniendus ſit.*
6 *Percuſsio facta ſeu illata uno ictu in manu, & ad uiam capitis, an una, uel duplici pœna puniri debeat.*
7 *Statuta imponentia pœnam alicui percutienti in platea*

platea, an ſe extendant in confinibus plateæ.

8 Inſultum faciens ad domum, an ad porticum adhærentem domui ſe extendat.

9 Percutiens aliquem in confinibus plateæ, an eadem pœna puniendus ſit, ac ſi in platea percuſsiſſet ſtante ſtatuto.

10 Vulnerans aliquem animo occidendi non tamen interficiatur, an pœna homicidij puniẽdus ſit

11 Voluntas & actus perfectus in delictis, an pro facto reputetur.

12 Statutum puniens percutientem aliquem in domo, an habeat locum in eo qui proijcit gladiũ contra aliquem exiſtentem in domo.

13 A uerbis ſtatutorum nullatenus eſt recedẽdum.

14 Vulnera illata per Sempronium Titio morienti propter coitum, uel malam cuſtodiam, an de homicidio puniri debeat.

15 Statur depoſitionibus medicorum affirmantiũ cum iuramento uulneratum obijſſe ex cauſa quam ex uulneribus illatis.

16 Quomodo intelligatur eſſe aliquid factum ad neceſſariã defenſam uel tutelam ſui corporis.

17 Quicquid quis ad tutelam ſui corporis facit, iuſte facere uidetur.

18 Quando dicatur quis facere ad tutelam & defenſionem.

19 Inſultus factus per Accurſium cum alijs ſocijs ignorantibus animum illius ad perſonam inimici ſui, an contra ſocios procedi debeat.

20 Quomodo quis dicatur particeps, ſciens, uel auxilium præbens in delictis.

21 Vulnera illata a pluribus in perſonam Titij qui illico mortuus eſt aggreſſores uolũt probare Titium non eſſe mortuum ex alia cauſa nunquid audiendi ſint.

22 Peritis in arte ſua ſemper eſt credendum.

23 Titius percuſſus a pluribus, & interfectus aggreſſor uult conſtare cuius ictu mortuus eſt, an alij ſocij de homicidio puniendi ſunt.

24 Percutientes aliquem pluribus percußionibus uno impetu, an percuſſores condemnari debeant ex una, an ex pluribus percußionibus.

25 Secta, & coadunatio hominum, quomodo facta eſſe intelligatur.

26 Sempronium Titium uulnerauit, ex ſucceſſu tẽporis propter febrem Titius mortuus eſt, nũquid Semp. de morte puniendus ſit.

27 Medicorum iudicio ſemper eſt ſtandum.

28 Medicis ſemper eſt credendum, eorumque iudicio ſtandum ſi cum debito ordine & canonice proceſſerint.

29 Aggreſſus, an aggreſſorem interficere poßit pro defenſione bonorum ſuorum.

30 Stante ſtatuto quod qui debilitauerit hominem pœna libr. centum puniatur, ſiquis aliquem debilitauerit in digito, an in pœnam ſtatut. inciderit.

31 Inquiſitione formata contra Tit. de uulnere,

qui parum poſt obijt nunquid ex ea ſequi poſ ſit condemnatio, an alia formanda ſit.

32 Offenſa illata alicui ad præſentiam Clariſſ. Do. Poteſtat. an puniatur arbitrio ſuæ Magnificentiæ.

33 Appellatione iniuriarum, an ueniat offenſa.

34 Offenſa illata alicui in diſtrictu Paduano, an ueniat in ſtatuto loquente de offenſa facta in ciuitate Paduæ, ſtante ſtatuto.

35 Pugnus, an comprehendatur ſub dictione uulnerum, ſtatuto diſponente de uulnere.

36 Pœna ſoluenda per aliquem, an eo mortuo hæredes illam ſoluere teneantur.

37 Sub nomine & uerbo condemno, an ueniat mulcta.

38 Banniti iuſte, uel iniuſte, an poßint impune offendi.

PRO INSVLTV ET VVLNERIBVS.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus, ſeu forma inquiſitionis quæ fit & fieri intenditur per Magnificum Dom. Poteſtatem Citadelæ contra, &c.

Antonium dicto Dageta, &
Alios, loco, & tempore propalandos.

IN eo, de eo, & ſuper eo. Quod dum præſenti mane circiter horam.14. cum dimidia prædictus in-

quiſitus eſſet de ſocietate nonnullorum loco, & tempore propalandorum & iret vagando per ciuitatem tranſitumque faceret per plateam deueniſſetque penes angulum domus illorum de Reſana inquiſitus ipſe non contentus de alio graui vulnere illato ad perſonam Andreæ de Variſcis, ſed volens omnino & illum & fratrem interficere conuocatis ſecum aliĳs duobus accuſatis complicibus fautoribus, & conſpiratoribus explorato prius ipſum Andream euntem de ſocietate fratris verſus contratam ſanctæ Mariæ dedita opera, atque ſtudioſe illis obuiam proceſſerunt, & nullis dictis illico omnes prædicti inclinatis eorum armis maximo impetu & rabie irruerunt in prædictos fratres clamantes ammazza ammazza in quibus continuis admonitionibus, idem Andreas vulneratus remanſit tribus vulneribus lętalibus vno in capite, & duobus in crure ſiniſtro cum inciſione carnis, neruorum, muſculorum ac ligamentorum, et niſi melius quo potuerunt prędicti fratres ictus in ſe factos repercuſſiſſent, et fuga ſaluti conſuluiſſent utique ipſi interfecti, et male tractati fuiſſent. Committentes pręddicti inquiſiti dictum exceſſum ſcienter, doloſe, atque data opera contra Deum, ius, et iuſtitiam, et in vilipendium regiminis.

Super quibus omnibus et ſingulis idē Clariſſimus Domi. Poteſtas annexis et connexis. etc.

1 †Intereſt Reipub. delicta puniri vulgata. l. ita vulneratus. §. ff. ad. l. aquiliam, et ideo minus qui deliquit debita pœna eſt puniendus iuribus vulga-

2 ribus fallit in † caſibus a iure communi deciſis, vt Boniſa. in rubri. de inſultu, et percuſſ. in princ. et in rubri. de perſonis quæ poſſunt ſine affenſa puniri,

vt in titulo de inſultu,numé.4.8et in caſibus a ſta tuto permiſſis et conceſſis, et quia de pluribus in præſenti materia inſultus quærendum eſt. Ideo an tequam ad quæſtiones et dubia deueniatur, pri-
3 mo quęrẽdum eſt quid ſit†inſultus, vbi dic, quod eſt contra alium impetuoſus aggreſſus vnde in-ſultare eſt ira,et impetuoſo animo in alium irruere,vt voluit Bar.in.l.reſpiciendum.§.delinquunt. ff.de pœnis,Far: Aretius conſ.33.col.fin. Ang.Areti.in tracta. maleficiorum in ver.fecit inſultum in princi.et ibi Ang.alleg.Gand.in rub. de pœna im ponenda pluribus delinquentibus vbi videtur cõ
4 ſtituere differentiam inter†inſultum, et aſſaltum, et inſultare proprie eſt qui alium prouocat, et ſe promouet de loco ad locum facit.l.2.C. de ſiccar. quod intellige pro ſtatutis diſponentibus,de inſultu,vt dic Bar.et Flo.in.l.1.§.cum arietes, nume.5. ff.ſi quad.feciſſ.dicatur. Quem omnia latius per te vide in locis pręalleg.Et primo.
5 †Statuto cautum eſt quod ſi aliquis fecit inſultum cum armis puniatur in lib.centum,Quidam habens arma ad latus puta enſem pugionem,vel piſtorienſem facit inſultum contra aliquem non tñ arma euaginãdo nũquid punietur de inſultu cum armis,Reſponde quod ſic,vt voluit Bar.in.l.idem eſt,ver.qui armati.ff.de ui et ui arma.Albe.idem tenet in quęſtione ſtatutorum in.2.par.qõ.36.Boniſ.in titu. de inſultu,in principio,numero.3.
6 †Sed ſiquis percuſſerit Titium vno ictu in capite, et in manu quęritur, an vnica vel duplici pœna puniri debeat. Concluſio eſt ꝙ vnica tantum pœna puniri debeat propter vnicum actum ex quo vno impetu vulnus intulit,vt voluit Alber. in ſecunda parte ſtatuti, in ſecunda parte quęſt.10.di-

cens iſtam quęſtionem alias fuiſſe diſputatam per Iacobum de belui, in quęſtionibus ſuis.318. in lib. magno quęſtio.diſputa.alleg. pro et contra vbi pte vide argumenta ad partes.

7 †Pone quod per ſtatutum imponatur pœna librarum.100. alicui percutienti in platea, aliquis percuſſit Titium in confinibus plateę. Quęritur, an puniatur eadem pęna dic quod ſic; vt per Alberi. in tracta.ſtatutorum in ſecunda parte.q.30. alleg. l.pręſenti.§.1.C.de his qui ad eccle.confu.l.prędiis
8 in fi.ff.de leg.3.Dicens quod ſiquis fecerit †inſultū ad domum quod eadem pœna tenebitur ille, qui ad porticum adhęrentem domui inſultum fecerit vt vol.Gand.in tit.de percuſſ.et inſul.ver.item pone quod aliquis aliquem percuſſit Spe.de iurijs.§.1.ver.ſed pone quod in ſtatuto.Boniſa.in titu.de inſultu in prin.ver.ſed quid ſit ordinatum eſt numero.4.et idem Alb.in.2.par. ſtatutorum.q.35. tenet
9 quod ſiquis fecerit inſultum in†confinibus plateę quod eadem pœna punitur, ac ſi percuſſiſſet in platea. Et idem in dicto tracta.in.2.parte.q.203.incipien.ſtatuto Bergomo.

10 †Item quid ſi Titius inſultum fecit contra Sępronium, et cum gladio percuſſit et uulnerauit animo occidendi non tamen occidit nunquid de homicidio puniendus ſit, dic quod iuris rigore punitur pęna ordinaria. vt in.l.i.§.diuus.ff. de ſiccar.l.aut facta.§.euentus.ff.de pęnis.l.ſi is qui cum telo.C. de
11 ſicca.nam† voluntas et actus pro facto reputatur, hodie tamen ſecundum conſuetudinem, et formam ſtatutorum punitur pœna extraordinaria arbitrio iudicātis, vt voluit Boniſa.in tit. de inſultu, nume.15.fol.189. Alex.conſi.15.1.volu.Cat. in ſua prac.§.homicidij, nume.8.fol.58.

21 † Queritur ſi ex forma ſtatuti cautum ſit quod ſi quis percuſſerit aliquem in domo ſua puniatur pena lib. 100. et dum aliquis eſſet in via proiecit gladium, vel alia arma contra aliquem exiſtentem in domo ſua, et eum percuſſit et uulnerauit queritur, an pœna dictarum lib. 100. puniendus ſit, dic ꝙ non, quia ſemper inſpicitur initium. Et non finis delicti, vt voluit Alexã. in conſi. 74. col. 2. ver. quo ad aliud in. 3. volu. et ratio eſt quia percuſſor

13 non erat in domo percuſſi, vt ſonare videntᷣ † verba dicta ſtatuti a quibus nullatenus eſt recedendum vt. l. non aliter. ff. de lega. 3. l. 1. §. ergo. ff. de exerci. actio.

14 † Item queritur ſi Sempronius vulnerauit Titiũ, et ipſe ſua culpa uel propter coitum, uel aliam cauſam, vel malam cuſtodiam, vel quia nõ faciebat ſe mederi, ꝙ ſi feciſſet conualiſſet, mortuus eſt, nũquid Sempronius condemnabitur de homicidio, dic quod non ut in. c. tua nos extra de homicidio, nam damnum ꝙ quis ſua culpa ſentit, ſibi imputet, vt. l. damnum. ff. de reg. iur. Idem Pet. de anch. in conſ. 283. col. 2. vbi dicit ꝙ ſufficit dictum vnius medici atteſtantis cum iuramento vulneratũ deceſſiſſe ex alia cã quam ex vulnere, et idem Boni. in ti. de inſul. et perc. n. 13. et nu. 31. vbi late ibi ꝑ eũ.

16 † Item ſiquis irato animo inclinatis armis inſultũ facit cõtra teſt. et tu dubitas ne te vulneret, aut occidat ad tutelam tui corporis eum percutis, vel occidis queritur, an tu tenearis de vulnerato, aut oc-

17 ciſo, dic ꝙ non: ratio, quia † quicquid ad tutelam ſui corporis facit iuſte facere videtur vt doct. in. l. vt vim, et ibi Iaſ. et Dec. ff. de iuſt. et iur. Felyn. et Bal. in. c. ſignĩſti. de hom. c. ſi vero, de ſent. excom. Fran. aret. in cõſi. 34. col. 2. Ang. in. l. qui aggreſſo-

tę.C.ad.l.cor.de ſicc.Bart.in.l.1.§.cum arietis.ff.ſi
18 quad.pau.feciſſ.dica.et† qñ dicatur quis facere ad tutelam,et defenſionem vide Barto.in.l.1.§.diuus ff.de ſic.et ibi Mar.ff.ad.l.cor.de ſic.Bonif.in tit.de inſul.et percuſſ.nu.9.late Flo.in.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.ff.ad.l.aquil.Et Soc.in.l.1.nu.7.col.3.ff. ſi cer.pet.cum infinitis vulga.Cœpol.in conſi.28. incip.in Chriſti nomine fol.34.numero.25.

19†Quidam Accurſius cũ alijs focijs ignorantibus intentionem illius quem aſſociabant inſultum fecit,percuſſit,et occidit inimicum ſuum iſte homicida cum prędictis ſociis fuit captus quęritur qd iuris de ſociis prędictis dico,et reſpondetur ꝙ quantum ad homicida pœna ordinaria eſt puniendus vulgata.l.1.§.et qui hominem.ff.de ſic.l.qua actio
20 ne.§.occiſum.ff.ad.l.acqui.† Sed ſi ſocii non fuerũt participes nec ſcientes vel auxilium dantes dico quod non tenentur,nec puniuntur, quia deceptis, et non decipientibus iura ſubueniunt,ſed ſi conſtaret quod auxilium dediſſent cooperando ad maleficium committendum,et ſcienter aſſociaſſent tũc pro tali ope, et auxilio mitiori pœna arbitrio iudicantis puniendi eſſent,vt voluit Bonifa.in rub.de inſultu et percuſſ.nu.38.Cœpo.in conſi.34.fo.44. nume.20.ibi ſed quomodo Blan.in.l.fi. num.201. fol.54.Carre.in ſua pra.§.quarto.nu.2.3.4.fol.76. quę ſcientia vtique probanda eſt, vt dicunt docto. prędictin locis ſupradictis.

21†Sed ſi Titius fuit a pluribus uulneratus , et percuſſus pluribus uulneribus et dicatur ꝙ ex uulnere Alberti mortuus eſt ipſe uult probare ꝙ intulit uulnus in tali parte corporis quod ex tali uulnere mori nõ potuiſſet, ſed ꝙ alius intulit uulnus mortale, et in ea parte corporis illud tale uulnus illatũ

fuit mortale nunquid ſit audiendus dico ꝙ, ſic vt eſt tex.in.l.ita vulneratus.§.fi.ff.ad.l.aquil. & ibi Flo.l.i.§.ſiquis vltro, ver.ibi, de innocẽtia ſua.ff. de q̃ſtio.et maxime ſi talis probatio fieret per te-
22 ſtes, vel medicos peritos quibus propter† experientiam artis ſuæ credendum eſt, vt in.l.ſeptimo menſe,et ibi Bal.ff.de ſta.homi.c.ſignificaſti,extra de homi. Hoſtien.in.c.conſtitutum.50.diſtinctione.l.ſemel.ff.de mili.cum infin.vulga.
23 †Si idem Titius a pluribus percuſſus fuit, & legitime cõſtaret cuius ictu mortuus eſſet tunc puto ꝙ ille ſolus de homicidio puniretur,alÿ vero de inſultu & vulnerato ex quo nõ apparet de intẽtione eorundem volentium occidere, vt in.l.fi.ff.de ſicca.& in.l.ſi is qui cũ telo.C.de ſicca.Bonifa.intra.de male.in ru.de inſul.n.30.ver.ſivero in rixa.
24 †Duo fratres videntes inimicos ſuos tranſitantes ante eorum domum inſurrexerunt in eos & & illis in terram deiectis cum manibus, & pedibus fortiter percuſſerint iſti percusſi accuſant percuſſores inſtantes iſtos puniri ex forma ſtatutorũ loquentium de percusſionibus quæritur an iſti percutientes bis aut ſemel condemnari debeant, dic vt per Albe. diſputantem iſtam quæſtionem ad partes in tractatu ſtatutorum in ſecunda parte.q.32.vbi conſiderat quando plures ſe inuicem
25 † coadunant quod faciat ad multa in dies occurrentia, nam proprie collecti dicuntur quando ad hoc principaliter ſunt vocati, & collecti vtputa ſiquis faceret teſtamentum cõuocatis teſtibus tũc dicitur ꝙ conuocati proprie dicuntur quando ad eum effectum ex propoſito ſunt vocati, alleg.l. hęredes palam.§.in teſtamentis.ff. de teſta. & ſic in materia ſectę, & monopolÿ quod conuocatis

hominibus intelligitur quando ex propoſito, & ſtudioſe ſunt coadunati vt ibi per eum Bar. in.l. prætor.§.hoc edicto, el ſecundo.ff.vi bono.rap:
26 † Sempronius vulnerauit Titium non mortiſere ex ſucceſſu tẽporis ſuperuenit febris & mortuus eſt nunquid Sempronius de morte puniendus ſit, Gand.in tractatu de maleficijs.in rub.de homicidio, circa finem nume.23.diſputabant quæſtionẽ, & quærit an percuſſor teneatur de vulnere tantũ an de occiſo. Alber.in tracta.ſupra ſecunda parte
27 qõne.36.dicit ꝑ ſuper hoc ſtãdũ eſt iudicio † medicorum, & quod ita in facto obtinuit alleg. ea quæ dixit in.l. huic ſcriptura.§.i.ff.ad.l.aquil. & maxime ei vulneratus poſt vulnus illatum viuat longo interuallo, vt poſt octo menſes non præſumitur deceſſiſſe ex vulnere illato aliter.c.ij. cum ibi not.extra de cler.percuſ. quæ omnia vide Cępol.in conſil.91.fol.70. per totum vbi multa conſiderat. Et primo depoſitio medicorum. Secundo ſi febris ſuperuenit die tertio poſt illatum vulnus.
28 Tertio ſi † medici in ipſa cura circa dictum vulnus proceſſerint debito ordine et canonice. Quarto ſi percuſſus non peccauerit in ſex rebus non naturalibus quæ omnia vide & conſidera.
29 † Quæritur vlterius an aggreſſus poſſit impune aggreſſorẽ interficere pro rerũ ſuarum, & perſonę defenſione dic ꝑ ſic quando aggreſſus eſt cõſtitutus in piculo & diſcrimine vitę ſuę, vt in.l. ſi quis percuſſorẽ, &.l.is qui aggreſſorẽ. C.ad.l. cor.de ſicca.& in.l.ſcientiã.§.qui cum aliter.ff.ad. l.aquil.quæ quidẽ opinio.etiã de iure cano.cõprobatur vt in.c.ſi furioſus, de homicid.in clemen.gl. i.in.c.ſuſcipimus, de homicidio ĩverbo laicus Cępol.in cõſ.44.per totũ, & in.l.ſed & ſi quęcunqꝫ.

ff.ad.l.aquil.Flo.Raph.Fulg.in.l.1.C.vnde vi.

30 † Titius debilitauit Sẽpronium in digito ſiniſtro cũ fractura oſſis et digitũ ipſum debilitauit. Q uę ritur an Titius p̃dictus teneatur pœna ſtatuti prouidẽtis qui hominẽ debilitauerit in aliquo mẽbro, dic ꝙ nõ qa digitus nõ eſt mẽbrũ,ſed mẽbri pars, et officiũ vt dicit Bar.et Imo.in.l.ij.ff.de pub.ĩdi. Bal.in.c.i.de noua for.fidel.in uſib.feu. & in auc. ſed nouo iure.C. de ſer.fug. & Alb.roſe.in tracta. ſtatutorũ.2.par.q.25.et pulchre per Fely.in.c.cum illorũ,in ver.& vtrum digitus de ſententia excõ.

31 † Formata fuit inquiſitio contra Titium de vulnere illato in perſonam Sempronii, & dum formaretur proceſſus ſuper dictisvulneribus,& facta proclamatione cõtra Titium,Sẽpronius vulneratur moritur quæritur an ex eadẽ inſtantia ſequi poſſit cõdemnatio contra Titiũ de occiſo, dic vt late p Alb.de roſ.in.ii.par.ſtatu.q.46.incipi.itẽ quæro cõtinuando, qui examinat hãc q̃onem,& conclude ꝙ neceſſarium eſt formare nouam inquiſitionẽ de morte & ita cõmuniter practicatur.

32 † Statuto cautũ eſt quod offenſa illata alicui ad præſentiã Clariſ.Domi.Poteſta.puniatur arbitrio ſuæ Magnificentię,quidam in pręſentia Poteſtatis dixit alicui multa verba iniurioſa an incurrerit is talis pęnã ſtatuti dic ꝙ ſic vt dicit Alb. in trac.

33 ſtatu.in.2.parte.q.173.vbi dicit quod † verba iniurioſa cõtinentur ſub dictione offenſa, & idem in.l.cum te. C. de inoffi. teſtamen. &.l.in ipſius. C.fam.her.et ĩ ſuo alphabeto in dictione offẽdes.

34 † Aliquis offendit aliquem in ciuitate Paduęvbi uiget ſtatutum ꝙ qui percuſſerit aliquem in ciuitate Paduæ puniatur in libris.200. paruorum & ſimiliter eundem offendit in diſtrictu Paduano

quæritur an puniendus ſit ex forma dicti ſtatuti dic quod ſic vt Albe.in.l.ij.de verb.ſignifi.l.iij.de ſupelect. lega.tex.expreſſus in. cap. ſi ciuitas, de ſenten.excom. & ibi Fely.& Bal.& idem Albe. in tract.ſta.ij.par.q.216.

35 † Statuto cauetur quod qui verberaureit aliquē puniatur in decem, quid percusſit Sempronium cum pugno quęritur an iſte talis puniēdus ſit pęna ſtatuti dic quod non vt inſtitu.de iniur.§.ſeruis nam magis dicitur percuti quam verberari, vt in.l.ſi ſeruus ſeruū.§.ſi mulier.ff.ad.l.aq.Albe. in tract. ſtatuto.in.ij.par.q.230.inci. pone ſtatuto.

36 † Quidam accuſatus de maleficio et proclamatus non comparuit in termino, & poſitus fuit in banno cum hoc quod a banno prędicto poſſit ſe liberare ſoluēdo libras.100. iſte bānitus deceſſit quęritur an dictę librę exigi posſint ab hęredibus iſtius banniti dic quod Iaco.belui.& Bald.in.l.ex iudiciorum.ff.de accuſ.diſtingunt quod aut dictū & in banno, ꝙ iſte talis non posſit exire a banno niſi ſoluat.100.& tunc dicunt hæredes non teneri. per.l.ſiquis ſub conditione.ff.ſiquis omiſ. cau. te-

37 ſta.Si vero dictum eſſet † condenno vel mulcto dictum talem in lib.100.dicunt hęredes teneri alleg. l.i.ver. cęteram.ff. ſiquis ius dicen.non obtemp. & Alber.in.l.i.§.fi.C. ex delict. defunc. & idem Alber.in.q.ſtatuto.in.iiij.par.q.25.

38 † Quidam ex morte Titij fuit iniuſte,& non rite bānitus,et deſcriptus in libris bannitorum Sēpronius in loco prohibito, et infra confinia ſui bāni dictum Titium interfecit. Quæritur an Sempronius ſit excuſatus, et contra eum per Poteſtatem poſſit procedi, dic quod contra eum modo aliquo non poteſt procedi, vt per Alb.in.l.de ęta-

te.§.ex cauſa.ff.de interrog.act.et in.l.penul.ff.de adul.et idem Alb.in tracta.ſtat.in.iiij.par.q.30.et q.75. incip. exiſtente Poteſtate ciuitatis Piſtorij et ex prędictis poſſunt ſolui omnes quęſtiones qui bus quęritur an banniti iuſte vel iniuſte poſſunt impune offendi die.ij. Maij.1548. Et aduerte ꝙ bannitus poteſt impune interfici, quando eſt bānitus extra delicto pro quo pœna mortis imponitur, vt elleg.conſil.Cęp.conſi.5.nume.12. Albe. in tract.ſta.iiij.par.q.18.

Relaxentur contraſcripti Titius, et Sempronius ex carceribus pro nunc ſtante purgatione inditiorū quo vero ad reliquos pro nunc nihildicimus.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per Mag. & Clariſ. Domi. Poteſtatem Paduæ, necnon per Spe. Do. Iudicem maleficiorum ex eorum et cuiuſqꝫ eorum Poteſtate arbitrio, atq; bailia, necnon ad querelam Accurſi Florentini commilitonis contra et aduerſus.

Titium & Sempronium *fratres filios.q.Thomei de glaura*

Et alios loco & tempore propalandos.

IN eo, de eo, etc. Quod in nocte vigilię ſantę Catherinę proxime prętéritę die 25. Nouembris dum iuſſu Clariſſimi. Domi. Poteſtatis, et Capitanei, Comeſtabilis prędicti ſumptis ſecum ſeptem ex officialibus iret vagando per ciuitatem obuiandi cauſa ne contra formam proclamationum feran-

tur arma, & committantur ſcandala prout fieri conſuetum eſt, & cum fuit in contrata ſancti Firmi ibi reperit in uia publica nōnullos ad numerū quinq; & dum pro exercendo officium ſuum perquiſiuiſſet vnum ex illis ſub capa an haberet arma nec ne ille hoc ægre ferens dixit, io ſon Gentil huomo ne ſon huomo da cercare, et di queſto me ne reſentiro, ſi doueria pur hauer qualche riſpetto a Gentilhuomini, Et inde receſſit, & procedendo ad exequendum officium ſuum cum deueniſſet ad plateam ſancti Leonardi reperit ibi quā plures armatos ad numerū octo armis haſtatis, enſibus, & rotellis quos ipſe comeſtabilis requiſiuit cur ita incederent armati, qui reſponderunt che ne hai tu à far di queſto, tunc parte eiuſdem Clariſsi. Dom. Poteſtatis & Capitanei petiit ab eis arma ſibi dari, & vnus ex ipſis eo tunc dixit Puttana di Dio mi conoſcitu, ſon quello che poco auanti mi cercaſti. Et his prolatis verbis omnes prædicti cœperunt in ipſum comeſtabilem, & officiales admenare cum dictis eorum armis adeo quod niſi melius quo potuerunt ſe defendiſſent, ictus in ſe factos repercutiendo, fuiſſent ab eis multo male tractati, & forſan aliqui eorum interfecti; quare conſtito de pręmiſſis petit, & inſtat ſuper hoc inquiri, & procedi ad hoc vt poſſit ſuū exercere officium & procurare ne ſcandala committātur in ciuitate ſicuti Illuſtriſ. Du. Do. intentionis eſt, vt culpabiles repertos punire, & vt latius in denuncia ipſa legitur, et continetur committētes prædicta omnia contra Deum, ius & iuſtitiam, in vilupendium regiminis, & contra famam partium & legum ſubinde diſponentium. Super quibus omnibus & ſingulis &c. Annexis &

connexis, & dependentibus, & emergentibus idem Clariſ. Domi. Poteſtas procedere & inquirere intendit, tam pro inſultu, quam delatione armorum ac de blaſphemia, & ipſos culpabiles repertos punire et condēnare ſecūdum formam etc.

FORMA RELAXETVR PRO NVNC.

MAgnificus et Clariſsimus Domi. Poteſtas et Capitaneus cum ſua ſapientiſsima curia uiſo toto præſenti proceſſu vna cum depoſitionibus teſtium examinatorum tam ad offenſam, quam ad defenſam Titij, et Semproni carceratorū et omnibus iis quæ in proceſſu ipſo hactenus deducta ſunt, et habita ſuperinde matura, et diligenti cōſideratione omni meliori modo etc. Pronunciauit, et pronunciando declarauit præfatos Titiū, et Sempronium pro nunc ex carceribus relaxari debere ſtante purgatione inditiorum, quo vero ad reliquos pro nunc nihil dicimus etc.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per Clariſsimū Domi. Poteſtatem & Capitaneum Taruiſii, necnō per Spe. Do. Iudic. Maleficiorum ex eorum & cuiuſq; eorū arbitrio Poteſtate atque bailia necnō ad quærelam Titij de Aleſſiijs contra et aduerſus.

Accurſium filium Ambroſii de Lazaris.

IN eo, de eo, et ſuper eo, Quod die Dominico, 20. inſtantis accuſator prædictus dum eſſet

ſub certo ſchiezono villę Criſpani cum Antonio eius ſamulo vbi aderant quãplures nobiles Tar. inquiſitus prędictus vir malignus ibi exiſtens cępit minari Antonio prędicto de eũ offendendo, et male tractãdo ſi ipſum cũ equis in ſuis campis reperiret quibus auditis accuſator pręnarratus dixit contra dictum Accurſiũ non dir di dar delle botte al mio fameglio, ma s'el ti fa danno alcun va cõ il mezzo della ragione ouero fami ueder il tuo danno, che ti lo ſatisfaro, tunc inquiſitus ipſe vir quidem audax, et malignus parum timens vires iuſtitię totus furibundus in hęc verba prorũpit al deſpetto d'Iddio, et al'ſangue dellaverzene Maria, io ſo che ſel trouaro gli ſchauezaro le brazze, et anchor vi daro a voi, tunc inquiſitus ipſe perſiſtẽs in eius temeritate, et audacia in die mercurij. 23. Eiuſdẽ menſis ſciens et pro comperto habens prędictos equos reperiri in dictis campis conucatis nonnullus ex ſuis domeſticis ibi ſe contulit, et multomagis ira et rabie accenſus auſus fuit in hęc verba prorũpere Antonio potta della noſtra Donna non te ho io fatto intender che non debbi venir cun gli caualli in queſti campi, tu li ſei pur tornato, tũc Antonius nolens cum ruſtico irato et maligno cõtendere quo melius potuit inde receſſit, ſed inquiſitus ipſe ꝙ medio iuris aſſequi nõ poteſt vi, et armis obtinere decreuit aprehẽſis ipſis equis, eos ligauerunt, et cõduci fecit ad habitationẽ ſuã, illos de facto retinẽdo, et in vſus, ſuos conuertẽdo contra mentẽ D. Accuſatoris. Cõmittẽdo dictum exceſſum ſciẽter, doloſe, atque data opera contra Deum ius et iuſtitiam in vilipendium regiminis et regulã ac normã beneviuendi, et contra formam legum ſubinde diſponentium.

Super

Super quibus omnibus, & ſingulis idem Clariſſimus Domi. Poteſtas & Capitaneus procedere intendit, & culpabilem repertum punire tam de blaſphemia, quam de vi priuata ſecundum formam iuris, & ſtatutorum. &c.

SVMMARIVM.

1 Crimen blaſphemiæ publicum eſt.
2 Periurantes de iure ciuilis, an pœna mortis puniendi ſunt.
3 Blaſphemãtes calore iracundiæ, uel ebrietate qua pœna puniendi ſunt.
4 Blaſphemãtes, qua pœna de iure canonico puniri debent.
5 Blaſphemia & maledictio, an ſit unum, & idem.
6 Idem eſt Blaſphemare & uerba iniurioſa in Deũ proferre.
7 Blaſphemantes Deum, & ſanctos uno impetu, an unica, uel duplici pœna puniendi ſint.

DE BLASPHEMIA.

1 QVia crimen blaſphemiæ publicum eſt, & contra illos, qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Saluatorem blaſphemauerint, iurauerint, vel verba inhoneſta contra eum protulerint, inſurgunt iura, & armantur leges & de iure
2 ciuili pœna talium blaſphemantium, & † periurantium Deum ad mortem puniendi ſunt, vt in

auctẽn. vt non luxurientur contra naturam.§. & quoniam, colum.6. & hoc ſi ſponte, & volunta-
3 rie blaſphemauerint, qui vero † calore iracundię, vel ebrietate, vel dementia leuius puniuntur arbi-trio tamen iudicantis, vt in.l.quicquid calore ira cundiæ.ff.de reg.iur.& ibi Decius, numero.7.8.pę
4 na vero blaſphemantium † de iure canonico ali-ter puniuntur, vt in.cap.2.de maledictis, & tam
5 † blaſphemare, & male dicere ſit vnum, & idem vide quę dicit Barto.in.l.item labeonem.§.1.ff. de iniur. quem refert Ioan.de ana.in dicto.c.2.de ma ledictis, Ange.are.in tract.maleficio. in verbo in-
6 iurioſa, nume.13.vbi dicit quod † idem eſt blaſphe mare, & verba iniurioſa in Deum proferre. Et idem dicit Bal.in.l.prima.C.ſiquis imperatori ma ledixerit quod idem eſt blaſphemare, & maledice re, & hoc idem voluit Maria.Soci.in.d.c.2. de ma ledictis, hodie vero per decreta Illuſtriſſimi Domini, & ſtatuta terrarum aliter prouiſum eſt con tra periurantes, & blaſphemantes Deum, Sanctos, & Beatam Virginem.

7 † Quæritur ſiquis blaſphemauerit Deum, & omnes ſanctos cum eo vno impetu, an vnica pœna, vel duplici puniendus ſit, dic quod vnica tantum pœna eſt puniendus; quando maxime vno impetu ſimilem blaſphemiam protulerit, vt vol. Alber.in tracta.ſta.2.par.q.32.Bald.in.l.ſi duo rei. §.ſemel.numero.2.ff.de arbi.vbi multa dicit Mar. idem in.l.ſi in rixa, numero.21.fol.23.ff.de ſicca.et quia in ſupradicta inquiſitione tractatur de vi priuata, ideo examinanda eſt illa vulgaris regula, an ſpoliatus de facto ſit reſtituendus, & quia nõ reperies alibi ita omnia accumulate, ideo aduerte, & nota.

SVMMARIVM.

Spoliatus de facto, an de facto reſtitui debeatur, Limita, ut infra. &c.

1 Non habere locum, quando poſſeſſorium habet annexam cauſam proprietatis.

2 Quando ſpoliatus reconuenitur ſuper quæſtione ſpoliationis.

3 Quando excipienti de proprietate præiudicaretur poſtea ſuper poſſeßionem.

4 Quãdo præſumptio iniuſta poſſeßionis eſſet fundata de iure cõmuni contra agentem poſſeſſ.

5 Quando notorie conſtaret de iure ſpoliantis, et non de iure ſpoliati.

6 Quando ſpoliatus peteret reſtitutionem coniugis, & probationes incontinenti eſſent ſuper conſanguinitate.

7 Quando ſpoliatus confidens de iure ſuo conſentit, ut admittatur exceptio defectum proprietatis concernens.

8 In prædonibus qui morantur in ſtratis publicis ad depredandum & occidendum.

9 Quando poſſeſſorium, & petitorium ſimul intentantur ab eadem perſona.

10 Quando agens proponit ueram uiolentiam aliter ſi fictam.

11 Quando renunciatio cum iuramento præcedit ſpoliationem.

12 Quando exceptio quæ obijcitur ſpoliato non requirit ſpoliationem facti.

13 Quando petitio in poſſeſſorio eſſet iuri pulico & iuri communi contraria.

14 Quando actor allegat canonice poſſediſſe, aliter non.

15 Quando agitur pro recuperanda poſſeßione, qua uacabat in tempore quo fuit occupata per reum conuentum.

16 Quando quis uult poßidere duo beneficia incõpaßibilia.

17 Quando obijcitur crimen inhabilitans perſonã ad agendum, ut in banno, uel in excõicato.

18 Quando obijcitur crimen hæreſis, quia ſi non põt poßidere minus ſpoliationem intentare.

19 Minus poteſt in materia ſchiſmatis.

20 Minus etiam poteſt in caſu intruſionis.

21 Quando opponitur criminis enormitas.

22 In caſibus. c. ſignificaſti. & c. gaudemus de diuortijs.

23 Quando quis conditionaliter poßidet, & ante euentum conditionis ſpolietur.

24 Quãdo dominus dicit aliquẽ de poſſeßione ſua

25 Quando ſpoliatus exciperet de ſpoliatione.

26 Quando a muliere obijcitur ſæuitia uiri.

27 Quãdo quis ex gratia, uel ex precario poßidet

28 Quãdo quis poßidet ut colonus, uel inquilinus.

29 Quando de Dominio apparet per ſententiam abſolutoriam latam in fauorem rei in peti-

torio iudicio.

30 Quando quis fuit clandeſtine ſpoliatus, quia tunc poterit reus qui clam ſpoliauit agenti poſſeſſorio opponere exceptionē dominij ſui

31 Quando proceditur per uim expulſiuam, uel ablatiuam ſecus quando per uim compulſiuam quis eſt priuatus.

32 Quādo obijcitur de dominio acquiſito poſt ſpoliationem.

33 Quando ante ſpoliationem proponitur tacita renunciatio beneficij facta ante ſpoliationem per aſſūptionē ſecūdi beneficij incōpaſſibilis

34 In caſu cap. literis de reſtitu. ſpoliato.

35 Quando opponens de dominio habet probationem paratam per inſtrumentum publicum.

36 Quando ſuper reſtituitione fienda immineret peccatum, quia tunc differri debet reſtitutio.

37 Quando prælatus eccleſiæ ſpoliaſſet poſſidentem rem eccleſiæ, & incontinenti opponeretur exceptio dominij ſpectantis ad eccleſiam, & illico offeret ſe probare.

38 Quando ſpoliato obſtaret exceptio dominij oppoſita per tertium.

39 Quando expreſſe conſtaret ſpoliatum agentē nullā habere cām & intereſſe ſuæ poſſeſſiōis

40 Quando opponitur exceptio paupertatis conuenti contra ſpoliatum agentem.

41 Quando ſpoliato agenti ad reſtitutionem beneficij eſt appoſita per Papam clauſula ſpe-

cialis, uel generalis cum decreto annullatiuo.

41 Quando ſpoliatus non ageret poſſeſſorio recuperandæ, ſed per actionem furti, uel ui bonorum raptorum.

43 Quando directe non agitur contra ſpoliatorem, ſed contra tertium habentem cauſam ab ipſo ſpoliatore aliquo remedio poſſeſſorio.

44 In omnibus caſibus ubi non datur poſſeßio.

45 Quando mulier expellitur a marito propter dotem promiſſam, & non ſolutam.

46 Quãdo poſt uiolentiam & ſpoliationem factam interueniſſet conſenſus ſpoliati.

47 Quando ex ſola poſſeßione facti nulla interuenit poſſeßio iuris immo nuda poſſeßio.

48 Quando laicus petit reſtitutionem decimarum licet de facto poßideat.

49 Quando in reſtitutione facienda imminere t magnum periculum.

50 Quãdo ſimiliter, quis pateretur magnũ damnũ.

VVlgaris eſt regula quod ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, vt in.c.reintegranda.3.q.1.l.ſiquis a ſe fundum.C.ad.l.iuliam de vi puplica. Alex.& doct.in.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.poſſ.c.fi. de ordine cognitionum.c. in literis.c.item cum quis, & in.c.conquerente, de reſt.ſpolia.& in.c.ſolicite, eod.tit.

1 † Limita primo hanc regulam vltra.11.fallentias quas ponit Lanf.Brix.in repet.rub.de cau.poſſ.et proprie.in.6.7.col. non habere locum qñ poſſeſſorium ſapit cãm proprietatis, ſeu habet annexam,

& miſtam proprietatis cām, vt.l.ii.§. quędam.ff. de interd.voluit omnes doc.& ibi Bar. & Alex. in.d.§.nihil commune,& Cano.in.c.ſolicite,de re ſtit.ſpol.& Abb.in.d.c.in literis,eod.tit.

2 † Limita ſecundo non habere locum dictam regulam niſi ſpoliatus reconueniatur ſuper quæſtionē ſpoliationis tex.eſt in.c.fi.de ordi.cogni.

3 † Limita tertio ſi excipienti de proprietate præiudicaretur poſtea ſuper poſſeſſione ſi poſtea agendo petitorio, & obtinendo non poſſet faciliter reddi ipſa poſſeſſio in ea forma in qua nunc eſt,vtputa ſi eſt talis poſſeſſio quę per modicum tempus corrumpitur,vt eſſet corpus mortuum ſecundum Innoc.in.c.cum liberum de ſepulturis facit ꝙ notatur in.c.literis,de reſt.ſpol.

4 †.Limita quarto non habere locum vbi pręſumptio iniuſtæ poſſeſſionis eſſet fundata de iure communi contra agentem poſſeſſorio, quia tunc talis poſſeſſio admittitur contra agentem poſſeſſorio recuperandę per.c.ad decimas,de reſt.ſpol.lib.6.& ſic qñ notorię cōſtaret de non iure ſpoliati ex quo ius commune eſt contra eum ſecundum Imo.poſt Bald.in.d.§.nihil commune,de acqui.poſſ.

5 † Limita quinto vbi in omni ſpoliatione notorie conſtaret de iure ſpoliātis, & de non iure ſpoliati ſecundum Innoc.in.c.cum eccleſia ſutrina de cauſa poſſeſſ.& proprie.& ibi Abbas in.5.colū.ver. ſed circa prędicta quæro vbi dicit quod prædo.& poſſeſſor male fidei eſt reſtituendus niſi conſtet in iudicio eum eſſe prędonem,quod eſt notādum pro limitatione capituli in literis de reſt.ſpol.& facit.c.ad decimas,eod.tit.Innocen.in.c.conſtitutus de filijs preſby.& doct.in.c.in literis,& Abb.in.c. ex parte circa fi.eod.tit.

6 †Limita ſexto per.c.literis,de reſ.ſpo.qñ ſpoliatus peteret reſtitutionem coniugis,& probatione ſup conſanguinitate incontinenti probandæ offerenti, quia tunc impeditur reſtitutio, ſecus vero ſi nõ offerentur incontinenti,vt in.c.ex conqueſtione.

7 †Limita ſeptimo niſi ſpoliatus confidens de iure ſuo conſenſerit, vt admitteretur exceptio in defectum proprietatis concernẽs,vt in.c.1.de reſt. ſpo.

8 †Limita octauo in prędone qui moratur in ſtratis publicis ad prodendum & occidendũ,vt eſt tex. in.l.1.C.quan.liceat vnicuique ſine iudi.ſe vendi. eſt glo.ſing.in.c.in literis in ver.prędo.eod.ti.quã Bald.ibi magnifacit dicens quod qui poteſt offendi in perſona multo fortius in bonis.

9 † Limita nono, quando poſſeſſorium & petitorium ſimul intentantur ab eadem perſona ſpoliata,vt eſt tex.in.c.cum dilectus de ordi.cog.

10 † Limita decimo regulam procedere quando agens proponit veram violentiam ſecus ſi fictam, quia tunc contra eum obſtat exceptio Dominij conuenti, vt.l.fin.& in.l.inuaſor,& ibi doc.C.unde vi,Bar.in.l. ſi de vi.ff.de iudi.

11 † Limita vndecimo niſi ſpontanea abiuratio, ſeu renũciatio bñficij cũ iuramento præceſſiſſet ſpoliationẽ,quia reſtitutionẽ petere non poteſt, nã per ipſam renunciationem perdidit tam proprietatẽ,ꝙ poſſeſſ.& qa notorie obſtat ſibi defectus proprietatis tex.eſt pulcher in.c.accepta,de reſti.ſpol.

12 † Limita.12.ſecundumBal.in.l.pen.C.ſi a non cõpen.iud.in fin.quando exceptio quæ obijcitur ſpoliato non requirit probationem facti alleg. Old.cõſi.271.& Alex.ibi in appoſtillis alias conſi.224.et 274.incip.in cauſa quæ vertitur, & in dicto conſi. 224.incip.iſtæ ſunt allegationes.

13 † Limita.13. quando petitio in poſſeſſorio eſſet iuri publico, & iuri communi contraria quia tunc auditur recipiens ita dicit.Bald. in.l.ſiquis condi-tionis circa fin.C.loca.& in titu.de pace conſtan. ver.omnes ibi adde ꝙ ſpoliatus.

14 † Limita.14. ſi actor alleget canonice poſſediſſe aliter non eſt admittendus per iudicem, vt in ca. conſtitutus,de fi.presby.c.1. de reg.iur.in ſexto ſecundum.Bal.in.d.ſiquis conductionis.

15 † Limita.15.quãdo agitur de recuperanda poſſeſſione quæ vacabat in tempore quo fuit occupata per reum conuentum glo. eſt notabilis,in.l.fin.C. vnde ui.quam doc.ibi.approbans, & Ange.in.l. 2.C.de edicto di.adri.tol.

16 † Limita.16. niſi exceptio defectus proprietatis eſſet notoria ex præſumptione iuris, vt quia poſſidebat duo beneficia incompasſibilia, vel eſt minor ętatis reſpectu illius beneficij, quę obſtaret agenti poſſeſſorio.Ioan. And.in addi.ad Specu.in in ru.de reſti.ſpo.Butri.in.c.in liter,eo.ti.licet Abbas ibi contrarium ſentiat in penul. col.per.c.ex inſinuatione,de procur.

17 † Limita.17.niſi crimen opponatur inhabilitans perſonæ ad agendum vt excõ. vel bannum quare oſtabit agenti poſſeſſorio Butr.in.c. item cum quis,in glo.ij.de reſti.ſpo.alleg.gl.in.c.ex inſinuatione,in ver.canonicum, de procu.vbi idem dicit de pacto de non petendo reſtitutionem, vel de re iudica. vel de ratihabitione ſententiæ latæ cum falſo procuratore Abbas in.ca.item cum quis in dicta. glo.ij.alleg. aliam glo.in.c.dilectus in verbo excõnis de reſcriptis, & gloſ.in.ca.in nomine domini in verbo audientia.23. diſt. Tu adde aliã in.§.i.in gloſ.magna,in fin.14.q.1. & ibi Archid.

glo.in.c.infami.§.verūtamen,in verbo dum pu-
taretur prope finem ibi ſed excōmunicatus in nul
lo.3.q.7.fallit primo in excommunicato,excom-
municatione minori, Archi.& Gemi.in.c.i.in.fi.
23. diſt.fallit.ij. niſi conueniatur ab excommuni-
catore, vel ab eo qui fecit eū excōmunicari Spe.
in titu. de poſſ.& peti.§.fin. in ver.21.fallit.3. vbi
ſpoliatio impediret implementum actus permiſ-
ſi excommunicato puta ire Romam pro abſolu-
tione impetranda Abbas in.c.intelleximus,in.iij.
colum.ibi hoc dictum limita verum de iudicijs
fallit quarto niſi ſpoliator eſſet fugitiuus, vel res
peritura. Abb.in.c.cum inter.in.v.col. de excep.
fallit quinto ſi eſt ſpoliatus vxore ſua, gloſ.in.ca.
quoniam, in verb.vxores.11.q.3.Quod intelligo
officio iudi.nō per viam actionis Abbas in.c.fin.
in ſexta colum.de ordi.cog.poſt Cal.& Butr.fal-
lit ſexto quando excommunicatus non venit pro
prie aut actor,ſed vt reus Abbas in.c.ex inſinua-
tione,in.3.colum.de procu.

18 † Limita.18.niſi obiiciatur crimen hæreſis quia ſi
non poteſt posſidere ſpoliationem prętendere nō
poteſt glo.in.c.ex parte in verb.cōmodo deſtitu-
ta,ver. quandoq; tamen,de reſtitu.ſpo. Butr. &
Abbas in.d.c.itē cum quis, eo.tit.in dicta.gl.ii.et
in gl.i.c.quo iure, in verbo nā iure diuino.8.diſt.

19 † Limita.19.in caſu ſchiſmatis.23.q.5.nō vos, &
gl.in ver. audiētia.d.c.in nomine domini.23.diſt.

20 † Limita.20. in caſu inſtruſionis tex.& glo.in.d.
c.in nomine domini, &.3.q.1.patet,& glo.3.q.1.
in ſum.ſed glo.ibi dicit hoc eſſe ſpeciale in Papa.

21 † Limita.21.niſi opponatur criminis ęnormitas.3.
q.5.ſuper cauſa item infamia, & criminis euiden
tia,vt.2.q.5.presby.et. q.1.ſcelus &.c.manifeſta.

c.accuſatũ,&c.c.tãta de ſimonia, itẽ contumacia, vt.3.q.9.decernimus. Itẽ ſcãdalũ.3.q.6.hęc quippe, ponuntur hęc in ſumma.3.q.1.per totum.

22 † Limita.22.in caſu capituli ſignificaſti, & cap. gaudemus de diuortijs.

23 † Limita.23.niſi aliquis cõditionaliter poſsidens, & ante euentum conditionis ſpolietur non reſtituitur ex quo non poſsidebat cum conditio nihil ponat in eſſe.c.olim.i.de reſti.ſpol.

24 † Limita.24. niſi incõtinenti dominus deiecerit aliquem de poſſesſione ſua.d.c.olim.i.& ibi glo. in verb. reſtitutionem alleg.l.i.§. vim vi.ff.de vi & vi arma.cum aliis concordan.

25 † Limita.25.niſi ſpoliatus exciperet de ſpoliatione,quia tunc reſtitutionem non conſequitur,quia qui excipit nihil petit.c.cum dilectus,de cau.poſſeſſ.& proprieta.

26 † Limita.26.niſi a muliere obijciatur ſęu itia viri c.ex tranſmiſſa,de reſti.ſpo.

27 † Limita.27. ſi ex gratia vel pręcario poſſedit: 10.q.3.c.qa cognouimus,et gl.pen.d.c.olim cãm, & in.c.quo ad quorundam de exce.prela.

28 † Limita. 28. ſi poſſedit vt colonus.l.cum fundum.ff.de vi & vi arma.

29 † Limita.29.d.regulam non habere locum quã do de dominio apparet per ſententiam abſolutoriam latam in fauorem rei in petitorio iudicio ſecundum doct.contra.Bar.in.d.l. naturaliter.§.nihil cõmune argumento.c.cum teneamur, de appellationibus, & hoc ſiue conuentus poſſeſſorio recuperandæ incidiſſet in pœnam dictę legis ſiquis in tantam.C. vnde vi, ſiue non,& pro opinione cõmuni Modernorum facit quod ipſemet Bartol.in.l.1.§.ſed & ſi is.ff.de noui ope. nuncia.

& quod voluit Innocē.in.c.cum dilectus, de caſa poſſeſ.& proprie.Ioan.And.in.c.paſtoralis,eodem titu.& in addi.ad Spec.in tit.de petitorio,& poſ.§.i.ver. qd ſi,et ibi fuit de mēte Speculatoris.

30 † Limita.30.dictam regul.habere locum quando quis fuit ſpoliatus, & agit pro violentia ſibi illata,quia tunc non obſtat exceptio dominij,ſed eſt ante omnia reſtituendus, ſecus ſi clandeſtine fuit ſpoliatus,quia tunc poterit reus qui clam ſpoliauit agenti poſſeſ. recuperandę opponere exceptionem dominij ſui.Bal. in addi.ad ſpeculum.d. §.nihil cōe, alleg.tex.in.l.ſi de eo.§.fi.ff.de acqui. poſ.& idem Bald.in.l.ſiquis emptionis.§.ſed hoc ſuper illis. C. de præſcrip.xxx. annorum. & in.l. vis eius.C.de probat.alleg.Matthæ.de math.Ludo. Roma.in.d.§.nihil. cōmune Angel.in.l.vitia: C.eo. Dy.in reg.iur.in ſexto.c.qui ad agendum.

31 † Limita.31. ſecūdum. Bal.in.d.§.nihil commune vt regul. ipſa procedat quando per vim expulſiuam ſeu per vim ablatiuā quis eſt priuatus poſſeſ.ſecus ſi eſſet priuatus per vim compulſiuam, quia tūc regula non habet locū,ut ſi cōpulit te per metum ad tradēdum rem & feciſti licet coacte ſi agas vt poſſesſionem recuperes poterit tibi opponi exceptio dominij per text.in.c. ſuper hoc cū ibi not.in gl.de renun.& ſequuntur Imo. & Moder.in.d.§.nihil cōmune Bal.in.l.pen.ff. de condi. ob turp.cau.Bart.in.l.ij.C. ꝙ met.cau.Bald.in.l. 3.C.eo.tit.& ratio eſt, quia tunc competit remedium actionis,quod metus cauſa, quādo præceſſit.d.vis cōpulſiua vt in toto titulo,ꝙ met.cau.in quo remedio poteſt opponi exceptio dominij, qa illud non datur niſi damnum paſſo,& ſic nō potes prętendere damnum ex quo tenebaris incon-

tinenti reſtituere per rei vendicationẽ ex quo poſſidebas de facto,& tenebaris mihi reſtituere non habens intereſſe in repetendo per dictam actionem ita Azo. in ſum. ꝙ metus cauſa pro quo facit tex.in.l.fina.§.ꝙ met.cau.

32 † Limita.32.quando obĳcitur de dominio acquiſito poſt ſpoliationem interueniente facto,aut negligentia eius qui poſſeſſorium intentat, vt voluit Innocen.in.c. ſuper hoc in gloſ.magna, de renum. & expreſſe affirmat But.c.ſolicite,de reſti. ſpol.& Moder.in.d.§.nihil commune.

33 † Limita.33.ſi proponatur tacita renũciatio beneficĳ facta ante ſpoliationẽ per aſſumptionem ſecundi beneficii incõpasſibilis cum primo vt probat tex.in.ca.audita, de reſti. ſpol.ꝙ dictum approbant Moder.peruſi.in.d.§.nihil commune.

34 † Limita.34. ſecundũ docto.in.c.in literis,de reſtitu. ſpol. Bal.in.d.§.nihil vbi per confesſionem actoris vel facti notorietatẽ apparet iudici poſſeſſionẽ non debere reſtitui per ea quę habentur in. c.ſignificaſti, de diuor. & ibi not.Innocẽ.& in.c. conſtitutus, de filiis presbyt.& per glo.in.c.decimas,de reſti.ſpol.li.6.Bal.in.l.ordinarii.C. de rei vend.& in titul.de pace coſtantiæ in verbo reſtituatur, & per Ang.in.l.ſiquis a ſe fundum. C.ad. l.iuliã.de vi publ.& Abbas in.d.c.in literis.

35 † Limita.35. niſi opponens de dominio haberet probationem paratam puta per inſtrumentum publicum ſtante ſtatuto ꝙ contra inſtrumentum publicum nihil posſit opponi,& habeat executionem paratam ſicut ſententiam, nam ſicut opponens & probans de ſuo dominio per ſententiã auditur contra ſpoliatum agentem vt ſupradictum fuit, ita & probans de tali dominio ſuo per tale

inſtrumentū equiparatur ſentētiæ, vt voluit. Bar. in ſimili. in.l. vinum.ff.ſi cer. peta. & in.l.in hac. ff.de triti.ac.et in.l.iii.§.in hac.ff.cōmoda. ſecus ſi ex forma ſtatuti inſtrumentū nō haberet executionem paratam prout nō haberet de iure communi.l.4.§.ſi ex conuentione.ff.de re iud.et in.l. minor.25.annis cui fidei.ff.de mino.quare licet in continēti paratam habeat probationem, non tamen obſtaret ſpoliato agenti per id ꝙ notat glo. in.c.1.de reſt.ſpol.et eſt de mente gloſ.in.l.ſi devi. ff.de iudi. dum voluerunt dictam probationem incontinenti paratam admitti ſolum in poſſeſſorio adipiſcēdę, et nō in poſſeſſorium recuperādę, et hoc vol.Moder. peruſini in.d.§.nihil cōmune.

36 † Limita.36.vbi in reſtitutione imminet peccatū debet differri reſtitutio.ſi probationes ſuper defectu proprietatis offeruntur paratæ iſta eſt ſingula.theorica Abbatis per illum tex.in.ca.literis,de reſtitu.ſpolia.et bona glo.in.c.ſuper cauſa ſecunda quęſtione quinta.c.in ordine.

37 † Limita.37.niſi pręlatus eccleſiæ ſpoliaſſet poſſidentē rem eccleſię, et poſtea conueniretur poſſeſſorio recuperāde,nam ſi opponeret exceptionē dominii ſpectātis ad eccleſiā,et offeret ſe probaturum in promptu deberet audiri Bal.in.l.1. ad fin. C.de appel. vbi dicit ꝙ taliter ſaluari poteſt gloſ. in.l.ſi de ui.ff.de iudi. quæ tenet ꝙ admittitur exceptio dominii in omnibus poſſeſſoriis quando reus ſe offert incōtinenti probaturum, quæ tamē reprobatur pręterquā in poſſeſſorio adipiſcendę tamē ibi Bal. ſaluat.d.glo.etiam in iſto caſu et ſequatur Moder.in.d.§.nihil cōmune per rationem quia pręlatus eccleſię inuadendo rem et poſſeſſionē rei eccleſiæ apud alium exiſtentis nō facit inci

dere eccleſiam in pœna.l.ſiquis in tãtum, per gl. nota.in.c.1.de dolo et contu. videtur hoc non eſſe verum per tex. iuncta gloſ.in.c.1.de reſti.ſpo.vbi glo.et communiter doc.tenent contrarium,et niſi ibi ſpoliatus conſenſiſſet agens nomine eccleſiæ non fuiſſet admiſſus in petitorio.

38 † Limita.38.quod obſtabit exceptio dominii ſpoliato oppoſita per tertiam.l. bona fides.ff. depoſi. Butr.et Abb.in.c.in literis,in fin.de reſtitu.ſpolia. Angel.in.d.l.ſiquis a ſe fundum,et Moder.in.d.§. nihil commune ; Inno.in.c. veniens de ſponſu,ꝙ Butr.dicit procedere quando ius tertii eſſet ſeparatum a iure ſpoliantis conuenti vt ſic ſpolians non reportat commodum de quo per Domi.de rota deci.149. limita tamen niſi ſpoliatus ageret per remedium attentatorum pendente appellatione,quia illud impediri non poterit per rationem But.Imo.et Abbas in.c.bonę,de appel.

39 † Limita.39. niſi eſſet talis exceptio per quã declararetur deficere ſpoliato agenti cauſam, et intereſſe ſuæ poſſeſſionis. per id ꝙ habetur in clementi.1.de cau.poſſeſ.et proprie.ſecundum quoſdã ibi,ſed hoc non videtur verum indiſtincte niſi forte in beneficialibus ſecundum doct.in.d.ca. in literis,vel quando intereſſe deficit ex aliqua cauſa ſuperueniente poſt ſpoliationem.

40 † Limita.40.ſi opponiẽ exceptio paupertatis cõuẽti cõtra ſpoliatum agentẽ,nam illa obſtat ẽt in hoc iudicio priuilegiato vt habetur in.c.olim, ſecundo de reſti.ſpo. ꝙ procedit quando talis paupertas ſuperuenit propter ſpoliationem factã contra ipſum reũ in repetita nõ ſic ſi ex alia cã vt ibi notatur per Domi.de rota , deciſi.444.incip fuit dubitatũ,et no.in. c.frequens,de reſti.ſpo.in ſexto.

41 † Limita.41. in reſeruationis papalis exceptione ſpecialis, aut generalis cum decreto annullatiuo, nam illa obſtat ſpoliato agenti ad reſtitutionem beneficij ita reſeruati cum talis reſeruatio Papę afficiat nō ſolum titulum beneficij, ſed etiam poſſeſſionem ita Domi. de rota deci.15. item contra agentem Butr. & Abb.in.cap.in literis,in.16.colūm.de reſtitu.ſpolia.

42 † Limita.42. quādo ſpoliatus non ageret poſſeſſorio recuperandę, ſed per actionem furti vel condictione furtiua, vel vi bonorum raptorum vt cōtingit in rebus pro quibus nō datur interdictum recuperandę ſecundum ꝙ ha betur in.l. rem quę nobis. ff.de acquir.poſſeſ. & ibi notatur, quia tūc ſpoliato agenti obſtat exceptio dominij per nota. in.l.ſi de eo.§.fin.ff.eod.titul.facit ꝙ habetur in.l. qui iniurię.§.fin.ff.de fur.

43 † Limita.43. quando ſpoliatus non ageret cōtra ſuum ſpoliatorum, ſed contra alium tertium qui non ſpoliauit licet forte habuerit cauſam ab ipſo ſpoliatore, puta aliquo medio poſſeſſorio forte per.l.ſi coloni.C. de agri.& cenſi.in lib.11.vel per conditionē triticariam, vel ex canone reintegranda.3.q.1. vel ex.c.ſępe, de reſti.ſpoli. quando ageretur ſcienter cōtra ſuccedentē in vitium quia tūc obſtat exceptio dominij ipſius conuenti, vt fuit de mente Bald.in.l.ij.ad fin.C. de ſer.fug.& voluit Lapp.alleg.302.contrarium ſentit Bald.in.l.in ciuile.C.de ſer.fug.But.in.c.paſtoralis,de cā poſſ. & propriet. facit ꝙ habetur.in.l.fin.C.vnde vi.

44 † Limita.44.non habere locū dictā regulam in omnibus caſibus vbi nō dat̄ poſſeſſio, vt in.c.ex parte, de reſtit.ſpol.quia priuatio pręſup.habitū.l. manumiſſiones.ff.de iuſt.& iure.l.decem, de ver

bo.

bo.obliga.&c.ad diſſoluẽdum, de deſpon.impu. c.ꝙ vero non formatum.32.q.2. limita tamen in caſibus notatis in glo.antep.in.d.c.ex parte.

45 † Limita.45. niſi mulier expelleretur a marito propter dotem promiſſam,& non ſolutam.c. per veſtras,& ibi docto.de dona. inter vir. & vxo.l. fin.& ibi Bald.& Sal.ad vellegia.glo.nota.in au cten.de non eligen. ſecundo nubem.§.fina. Bald. in.l.de diui.ff.ſolut.matri.l.quid in vxorem.C. de nego.geſt.in.l. pro omnibus.C. de iure dotium, Bald.Imo.& Moder.in.l.ſi cum dotem.§.ſinautem in feuiſſimo.ff.ſolu.matr.Abb.in.c.quemadmodum.& in.c.tunc de iureiur.Mod.c.1. de adul. Innoc.& doc.in.c.ſalubriter de vſur.

46 † Limita.46. niſi poſt violentiam & ſpoliationem factam interueniſſet conſenſus ſpoliati vel taciturnitas tanti temporis quod veriſimiliter videretur diceſſum ac violentia.c. ad id quod deſpon. l.2.cum ibi not.C.quod met.cau.

47 † Limita.47.ꝙ ex ſola poſſeſſione facti cum nulla fuerit poſſeſſio iuris,ſed nulla poſſeſſio nullo iuris colore fulcita non competit reſtitutio gl. antepen.& ibi doc.in.d.c.ex parte,de reſt.ſpol.

48 † Limita.48. niſi laicus reſtitutionem decimarum petat licet de facto poſſideat.cap.cauſam quę de præſcript.& not.gloſſ.antepen. in dicto capitulo ex parte,præalleg.& per hæc ſit expedita præſens materia.

49 † Limita.49.non haberet locum,quando in reſtitutione facienda immineret magnum periculum, vt ſingu.dicit Anto.de Butr.in.c.fi.in.quarta col. ver.venio, ad ſecundam partem extra de ordin. cog.quam docto.magnifacit.Barth.Cœp. in conſi.59.nume.14.fol.67.

90 † Limita. 50. non habere locum dictam regulam, quando quis pateretur magnum damnum ſi res ab eo acciperetur, nam propriam auth. poſſet illam capere, vt tenuit Ludo. Roma. in. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas, circa fi. ff. de acquir. poſſeſſ. Bar. in. l. ſi alius. §. belliſſime, in fi. ff. quod vi aut clam, Cœpo. in conſi. 59. nu. 15. fol. 67.

FORMA INQVISITIONIS PRO INſultu ad domum.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per Magnificum & Clariſſimum Dominum Poteſtatem, et Capitaneum Taruiſii, necnon per Spect. Dom. Iudi. maleficiorum ex eorum & cuiuſque eorum puro, mero, ac ſincero officio arbitrio atque bailia cō tra & aduerſus:

Sempronium filium Thomæi de Glaura, & Alios, qui pro nunc tacentur.

IN eo, de eo, & ſuper eo, quod fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione ſic referente, non quidem a maleuolis, & ſuſpectis, ſed a veridicis, & fide dignis perſonis, &c. auditu peruenit. Quod prædicti inquiſiti homines ſeditioſi, infeſti, ac nequam parum Deum timentes, ac leges, & decreta Illuſtriſſimi Dominij non conten-

ti de pluribus, ac diuerſis violentijs factis. Iam triennio in Villa Seguſini ad perſonam cuiuſdam Dorotheæ vxoris Antonij de Alexio quod in mẽſe Iulii proxime exacti circa quintam in ſextam horam noctis auſi fuerunt conuocatis pluribus hominibus dictæ Villæ loco, & tempore nominandis, & ſumptis ſecum armis accedere ad domum Armelinæ uxoris Titii Terentini ad cuius hoſtiũ cum prædicti diu pulſaſſent & vidiſſent illud aperire nolle, conabantur toto eorum poſſe in terram deiicere, & niſi per vicinos amoti fuiſſent eorum voti compotes extitiſſent, qui cum per dictum locum additũ habere minime intuerẽtur illico ſumptis ſcalis ſe reduxerunt ad feneſtram eiuſdem habitationis quam prædicti inquiſiti diabolico ſpũ, & furore accenſi in terram deiecerunt, & per dictum locum ingreſſi eam omnino carnaliter cognoſcere propoſuerunt, ſed ipſa rumore audito dubitans, & honorem, & bonum nomen maculari hoſtio domus aperto ſeſe in fugam dedit, reducẽs ſe in domum Horatii ſutoris. Qui quidem inquiſiti volentes omnino eorum diabolicum propoſitum executioni demandare domum prædictam ingreſſi, totamque peruertentes & illam ibi non inuenientes aliquantiſper eam expectauerunt cogitantes omnino domum reuerſuram qui cum ibi diutius latitaſſent, et amplius illam nullatenus reddituram ſperarent inde recedentes omnes aliunde ſe contulerunt. Committentes prædicti inquiſiti dictum exceſſum ſcienter, doloſe, atque data opera contra Deum, ius, & iuſtitiam in ſcandalum, et peſſimum exemplũ huius territorii, ac contra normam, & regulam bene viuendi.

Super quibus omnibus & ſingulis. &c.

SVMMARIVM.

1 ☞ Omnia crimina proficiſcuntur ex adulterio, inceſtu, ſeu lenocinio.

2 Maritus, an impune uxorem occidere poßit deprehenſam in adulterio.

3 Maritus de iure canonico, an habeat poteſtatem in uxorem deprehenſam in adulterio.

4 Patri, an liceat interficere adulterum ſi reperit filiam in actu ueneris.

5 Pater, an poßit filiam, & adulterum ſimul interficere, etiam ſi filia eſſet prægnans.

6 Impunitas conceſſa patri filiam interficiendi, an ſe extendat ad ſocerum.

7 Mulier propter adulterium, an perdat dotem, & actionem dotis.

8 Maritus, an lucretur dotem ſi uxorem de adulterio quærelauerit.

9 Pater, uel maritus, an poßint demandare alteri occiſionem filiæ, uel uxoris deprehenſæ in adulterio.

10 Statutum puniens adulterantem, an comprehēdat deflorantem puellam annorum duodecim & qua pœna puniri debeat.

11 Pro crimine inceſtus, an quis corporaliter ſit puniendus.

12 Lenocinium maius eſt delictum adulterio.

13 Lenocinium quot modis committatur.

14 Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.

15 Quid ſit ſtuprum.

16 Qui binas uxores tenẽt, qua pœna puniẽdi ſunt.

17 Iudices raro puniunt capitaliter habentes duas uxores.

18 Mulier propter adulterium mariti, an lucretur donationem propter nuptias.

19 Maritus, ſi nihil dicit in uita mulieris de adulterio per eam commiſſo, an hæredes mariti poſſunt tale crimen ei obijcere.

20 Felonia commiſſa per uaſſallum eſſet talis, quæ de feudo ipſo iure uaſſallum priuaret, an hæres domini illam opponere poſſit.

21 Accedens ad domum alicuius mulieris animo adulterandi, ſeu rapiendi & illam ibi non reperiat, an ex. l. puniendus ſit.

22 Fur accedens ad domum animo furandi licet nõ furetur qua pœna puniendus ſit.

1 HIc examinanda eſt materia adulterij inceſtus, & lenocinij, ex quibus omnia fere crimina proficiſcuntur, vt dicit Saly. in rub. C. de adul. late Ang. in tra. malef. in verbo, che hai adulterato, folio. 59. quæ omnia per te videre poteris ibi.

2 † Quæritur primo, an licitum ſit marito occidere vxorem deprehenſam in actu venereo cum adultero, dic quod aut quærĩt de iure Lombardorum, & tunc licet marito occidere vxorem ſuam adulteram, vt voluit Auguſt. de Are. in verbo, che hai adulterato, in ver. nec obſtat ille tex. fol. 59.

3 † De iure canonico maritus non habet poteſtatē in vxorem deprehenſam in adulterio per textum 33.q.2.in.§.in hoc, & in.c.inter hæc, & in.c. quicunque propriam vxorem ead.q. Abb.in.c.2. de hom.Ang.in.l.marito.ff.de adult. de iure vero ciuili diſtingue,vt per Ang.in tra.maleſi.in: d. ver. che hai adulterato, Marſi.in.l.patre.l.marito,numero.6.ff.de quæſtio.

4 † Quæritur vlterius,an licet patri interficere adulterum ſi filiam reperiat in actu veneris,dic vt per Bart.in.l.quod ait lex, & in.l.capite quinto.ff. de adul.Bal.& Sal.in.l.gracus.C.eo.ti.Ang.in tract.
5 maleſi.vbi ſupra,vbi tenet ꝙ † pater poſſit filiam, & adulterum ſimul, et ſemel interficere etiam ſi filia eſſet prægnans alleg.Bar.in.l.imperator,la ſecunda.ff.de ſtatu homi.quod intelligendum eſt, ſi vno impetu,et vno ictu filiam, et adulterum interficiat,vt.l.patri,et ibi glo.ff.de adult. quod uti que non permittitur neque ſocero,neque auo occidere,nec adulterum,nec adulteram, vt in.l. ſic eueniet.ff.de adul.et ibi Bar.quia poteſtas et † impuni
6 tas conceſſa patri non ſe extendit in ſocero, neq; in alio aſcendenti,vt vol.doct.in.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.matr.

7 † Item quærendum eſt,an mulier propter adulterium perdat dotem,et actionem dotis ſuę,dic ꝙ ſic,vt per Bar.in.l.miles.§.ſocer.ff.de adult.et in.l. ex conſenſu.C.de rep.Cyn.Bald.et Sal.in aucten. ſed hodie.C.de adul.et idem vol.Bal.in quodam ſuo conſilio incipiente ſi vxor recedit, vbi conclu
8 dit ꝙ ita demum † maritus lucretur dotem ſi quęrelam contra eam inſtituerit,vt voluit Pau.de caſtro.et Imo.in.l.lucius.ff.ſol.ma.et ibi Moder.Alexan.in addi.ad ſpec.fol.60.in verbo, che hai adul

terato ibi mulier propter adulterium Barto.in.l.ſi ab hoſtibus.§.fi.ff.ſol.matr.et ibi Aret.

9 † Dubitatur,an maritus et pater poſſint demandare alteri occiſionem vxoris deprehenſæ in adulterio,dic ꝙ non,quia lex ſpecialiter demãdat hãc poteſtatem et libertatem in perſonam mariti ergo alteri demandari ſiue committi non poteſt exceptis tamen filijs,prout voluit Mar.in.l.vnica,nume.3.C.de rap.vir.Bar.et Alex.in.l non ſolum.§.ſi mandato meo.ff.de iniur.Ang.in.d.tra.maleſi.in verbo,che hai adulterato,nu.64.ibi, an maritus alleg.Bal.in.c.1.in.§.ſi vero, de pace iur.firm. Lud.Roma.in.l.ſiquis in graui.§.et ſi maritus,ad ſill.Idem in.l.1.§.fi.ff.de ope.no.nun.alleg.Bal. in l.graccus.C.de adult.Sal.in.l.non ideo minus. C. de accuſa.Signor.de homod.conſi.219. Paulus de caſt.conſi.189.per totum.

10 † Quęritur,an ſtante ſtatuto ꝙ adulterans capite puniatur, ſiquis defloraucrit quandam puellam annorum duodecim,an capitali pœna puniendus ſit Ba.tenet quod ſic in lib.ſtat.in verbo adulter, fol.73.alleg. de hoc eſſe cauſam in.l. ſiquis alicui.§.qui nundum.ff.de pœn.l.ſi uxor.§ ſi minor.ff.de adulte.Guilielmus vero dicebat ꝙ non debebat ſibi imponi pœna mortis , et ratio allegatur ibi per eum quod dic etiam,vt per Bal.in.l.ſiquis non dicam rapere in fine. C. de epiſco. et cleri. numero 24.folio.32.

11 † Super crimine inceſtus nullus corporaliter punitur niſi.l.municipali caueatur , vt late conſultum fuit per Barth.Cœpo.conſi.68. incipiente in Chriſti nomine contra Bart.de globis per totum , vbi multa allegat Corne.peru.conſi.114.fol.119. incip. licet primo aſpectu per totum in.1.vol.

12 †Lenocinium eſt maius delictum adulterio, quia adulter peccat in ſe, & in vnam fœminam, leno autem peccat ipſe, & duos pariter peccare facit ergo grauiter puniendus, vt in.l.athletas.§. lenocinium.ff.de infam. Bar.in.l. is qui reus.ff.de publi-
13 cis iudi. Et † quot modis committatur lenocinium vide glo.notab.32.q.1.c.crimen.l. ſi lenonis.C. de epiſ.audi. Cyn. & Bal. in.l.crimen lenocinij.C.de adult. Ang.aret.in tra.maleſi. Marſi.in ſingu. ſuis incip.dixit tibi nu.279.&.234.vbi dicit ꝙ mulier committens adulterium non perdit dotem ſuam,
14 ſi maritus tenet concubinas, quia † paria delicta mutua compenſatione tolluntur alleg.Pau.de caſ. ſingulariter dixiſſe in conſi.128.incip. hæc mulier & aperte tenet gl.ſi.in.c.pen.de adult. & ibi Fely.
15 †Stuprum committitur in virgine, vidua, & puero maſculo, vt in.l.ſtuprum, in ſi. & in.l.inter liberas, in ſi.de adul.in maſculo etiam, vt in.l.1.de extraord.cri. Car.in ſua pra.fol.243.nu.303. Marſi.in ſing.ſuis, nume.65.incip.ſtatuto cauetur.
16 † Item qui duas vxores tenet crimen ſtupri cōmittit, vt in.l.eum qui duas.C.de adulterijs. Alexan.in conſi.165.7.vol.inſtituarij in.§.item lex iulia.&.§.ſine autem, de pub.iud. pœna autem retinentis duas vxores, dic vt in.d.l. eum qui duas & Ange. de maleſi.in verbo, che hai adulterato 8.col.nume.65.ver.quid autem in caſu, & in ver.
17 aduertas, nume.65.vbi dicit ꝙ † raro iudices puniunt capitaliter habentes duas vxores, vt vol.Saly.in.d.l.eum qui duas & fuit de mente gloſſ.in.c. cum haberet de eo, qui dux.in matrimo. quā pol. per adul. Alex.in.d.conſi.165.7.vol.
18 † Quærendū eſt vlterius, an mulier propter adulterium mariti lucretur donationem propter nu-

ptias dic vt per Bal.in.c.1.extra vt lite non conteſta. vbi tenet ꝙ ſicut maritus propter adulteriū vxoris lucratur dotē,ita mulier propter adulteriū viri lucratur donationem propter nuptias, & fuit de mēte Ioan.de anna.in.c.intelleximus,in.8.col. in fi.de adulte.Sed vide domi.Mar.referētem varios doctores diſputantes iſtam materiam ad partes in.l.vnica,nume.60.C.de rap.virg.fol.6.
19 † Dubitatum fuit vlterius ſi maritus nihil dixit in vita mulieris de adulterio commiſſo per vxorem, an hæredes mariti poſſint ei obijcere tale crimen dic ꝙ non ita dixit do. Anto.in.c.fin.per illū tex.extra de dona. Alex.in cōſ.189.incipien.in cā & lite in.1.colu.in.6.volu.& late per Pau.de caſt. in.l.2.§.ſi voluntate.ff.ſol.matrim.Imo.in.l.ſi cōſtante,in fi.eo.tit.licet Bal.in.c.1.in.§.inſuper, de
20 prohib.feu.alie.dicat ꝙ † ſi fellonia commiſſa per uaſſallū eſſet talis quæ priuaret vaſſallū ipſo iure de feudo ꝙ tunc hęres domini illa opponere poteſt etiam ſi dominus nihil dixit in vita allegando glo. in.l.3.in.§.quod ait pretor.ff.ꝙ quiſq; iuris vbi dicit ꝙ iniuria quę trahit ſecum executionem etiam tranſit in hæredem ꝙ vide Mar.in.d. l.vnica, nume.64.fol.6.Bald.contra, in.l.fin. C. de reuoc.do.Imo.in.c.fina.de donat.
21 † Vltimo pro deciſione inquiſitionis formatę quęritur ſi aliquis vadit ad domum cum hominibus armatis animo committendi adulterium ſeu rapturn & in illa domo non reperit aliquā mulierem, & ſic non poteſt perficere delictum an hoc caſu is talis puniendus ſit,ac ſi mulierē adulteraſſet, vel rapuiſſet dic quod ſic, ex quo ibi acceſſit animo cōmittendi adulterium, & inferendi violētiam,vt voluit glo.ſing.inſtit.vi bonorum rapto.

poſt principium text.in.l.ſiquis ex domo, cũ gloſ. ff. de furt. quem ſecũdum eam põderauit ibi Bart. & ſic datur caſus in quo punitur effectus, licet non ſequatur effectus vt dicit Mar. in. d. l. fin. nu. 244. fol. 13. C. de raptu virg. Bar. in. l. fi. ff. de extraor. crim. vbi tenet, ꝙ qui vadit ad domum alicuius animo furandi licet nõ furetur extraordinarie tamen eſt puniendus, vt eſt caſus ibi.

FORMA INQVISITIONIS CONTRA MONETARIOS.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus ſeu forma inquiſitionis quæ fit, & fieri intenditur per Magnifi. & Clariſſi. Domi. Poteſtatem Veronæ, nec non per Spe. eius Domi. Iudicem maleficiorum ex eorum & cuiuſq; eorum puro mero ac ſincero officio poteſtate auctoritate, & bailia contra & adverſus.

Hectorem Neapolitanum & Vincentium de Gebeto. publi. monetarios.

IN eo, de eo, & ſuper eo, ꝙ fama publica pręcedẽte, & clamoſa inſinuatione ſic referente non quidem a maleuolis, & ſuſpectis, ſed a veridicis, & fide dignis perſonis non tantum ſemel ſed ſępe ac ſæpius, etiam per modum notorij auditu peruenit, quod prędictus Hector vir quidẽ improbus, ac flagitioſus parum timẽs ſtatuta, ac leges Illuſtriſs. Du. Do. in materia diſponentes menſibus proxime exactis dum ſe contuliſſet ad habitandũ in villa Minerbij huius territorij, & amicitiam

atq; familiaritatem contraxiſſet cum Vincentio Fortuna de eadē villa tantæ fuit audaciç temeritatis atq; inſolentiç, q in die.15. Ianuarij proxime præteriti conatus fuit tam de die quam de nocte in domo habitationis eiuſdem Vincentij formare groſſonos, ęneos cum modico argento & illos cum ſtāpis impresſionis Venetę cudere ac imprimere & eos ſic impreſſos in non modica quantitate tam in hac ciuitate expenderę & pluries, ac pluries expendi facere medio et interuentu eiuſdē Vincentij cum quibus pecunijs falſis,& adulterinis in die ſequenti eiuſdē menſis accedentes ambo inquiſiti ad apothecā magiſtri Iacobi Verdolini mercatoris pannorū licitum ſibi fecerunt eos expēdere pro ſumma, & amontare ducatorū decem pro valore bracchiorū tredecim panni turchini ab eodē Iacobo emptorum prout latius in proceſſu ipſo continetur præſtantes ſibi inuicē,& viciſſim auxiliū, conſilium, & fauorē cooperatiuū ad dictū grauisſimum, et nefandisſimū ſcelus perpetrandum. Cōmittēdo prædicta omnia ſcienter doloſe atq; data opera cōtra deum ius, & iuſtitiā,& in contemptum decretorum Illuſtriſs. Concilii Decem,& in vilipendium regiminis.

Super quibus omnibus et ſingulis idem Cl.Do.Poteſtas procedere intēdit & culpabiles repertos punire ſecundum formam iuris ſtatutorum ac legū Illuſtriſ. Dominii in ſimili materia diſponētiū etc.

SVMMARIVM.

1 *Crimen imprimendi falſam monetam eſt ad inſtar criminis leſæ maieſtatis.*

2 Monetarij qua pœna puniendi ſint.
3 Falſificantes monetas an locum habeant in falſificante monetam adulterinam ſtãte ſtatuto.
4 Faciens bonam monetam ſine tamen licentia ſuperioris an puniri debet tanquam imprimens falſam monetam.
5 Delictum inceptum, an habeatur pro perfecto crimine prædicto.
6 Crimẽ attẽtatũ, an puniatur non ſecuto effectu.
7 Expendentes falſam monetam qua pœna puniri debent.
8 Monetam falſam expẽdens ſi oſtenderit a quo illam habuerit an damnandus ſit.
9 Monetam falſam ignoranter expendens an excuſandus ſit.
10 Monetas tingentes auro uel argento, & tondentes qua pœna puniantur.
11 Inditia contra monetarios qualia eſſe debent.
12 Libri hæreſis reperti penes aliquem an ex hoc præſumatur hæreticus.
13 Inſtrumentum falſum repertum penes aliquẽ an talis inuentio ſit ſufficiens indicium ad torturam.

CONTRA MONETARIOS.

1 SCire debes, quod crimen imprimendi, ſeu fabricandi falſam monetã eſt graue, & enorme, et eſt crimen leſę maieſtatis vt habetur in.l.1.

C.de fal.monet.quod quidem crimen attẽtatum non punitur niſi ſecuto effectu, vt in.l.qui falſam. ff.de ſiccar.& ibi doct.Bald.in.l.3.C.de naut.ſeu.

2 † pœna autem cudentis, & falſam monetam fabricantis punitur vltimo ſupplicio eos comburendo, cum publicatione omnium bonorum vt in.d. l.1.C.de fal.mone. & Fulgoſius ſingulariter in cõſil.138. incipiens. hoc maxime in penulti. colum. Alex.in conſi.104.incip.quod ſtatutum loquens. 2.col.in.1.vol.& in.l.eleganter§. qui rebrobos.ff. de publi.act.Boniſa.in titu.de maleſi.in tracta.de pœna falſantis monetam per totum, Abbas Imo. & Ioan.de anna.in.c.quanto, de iureiur.

3 † Et ideo ſtatuta punientia falſificantes, et imprimentes falſam monetã non habet locũ in falſificãte monetã reprobam, & adulteram in loco ſtatuẽtium, quia verba ſtatuti intelligi debent de moneta vſuali, & currenti vt dicit Alex.in conſ.104. incipien.quod ſtatutum in princip.primo volu.et in.l.elegãter.§.qui reprobos.ff.de pignora.actio.

4 † Quæritur vlterius an faciens iuſtam, & bonã monetam ſine tamen licẽtia ſuperioris, an puniatur tanquam faciens falſam monetam dic quod non, ſed mitius punitur vt dicit Marſi. in.l.qui falſam, nume. 56.ff.ad.l.corne.de falſis, nam illa dicitur falſa moneta, quæ fit ab eo qui non habet authoritatem a principe, vt dicit Alexan.in.l.ſingulariter, nume.26.ff.ſi certum petatur, & priuatæ perſonæ concedi non poteſt libertas ꝙ monetam facere poſſit, vt eſt tex.& ibi glo.C.de falſa moneta, Alexã.in.l.ſolidos.C. de uete.numiſma. poteſta.libro.11.& ibi Barto.

5 † Item ſiquis inceperit cudere falſam monetã non tamen formam impoſuit an pœna ordinaria pu-

niendus ſic dic quod non cum non perfecerit delictum vt dicunt docto.in.d.l. qui falſam, Bald. in.l.3.C.de nauti.fœ. & idem Bald.in.conſil.156. incipien. reperitur in volumine ſtatutorum in.1. volumi.& idem Bald.in auctentic.ſed nouo iure. C.de ſerui.fugi. vbi latisſime diſputat hanc quę-
6 ſtionem an † crimen attentatum puniatur non ſecuto effectu, & doct. Moderni in.l.ſiquis non dicam rapere.C. de epiſco.et cle. et Felyn. in tract. ſuo de conatu in.ȝ.col.

7 † Quæritur qua pœna puniatur expēdentes ſcienter falſam monetam, dic vt per Bartol.in.l.cornelia.ff.de falſis, & in.l.fin.ff.de extraordinar.crimi. qui dicit ꝙ expendens nummos plumbeos vel ſtagneos tunc punitur de falſo, ſed ſi aliter pecunia eſſet falſa tunc extra ordinem puniri debet, vt in dicta.l.fin.ff. de extraor.crimi. Saly.in.l.ſecunda. C.de falſa.moneta, dicit ſe dubitare de opinione Bartol.tu tamen dic per Marſi.in.d.l.qui falſam. ff.de falſis, et per Angel. Aretinum in tract.maleficio in verbo falſario nume.30.fol.68.et Oldra.in conſil.74. incipien. An alcumiſta excuſaretur ta-
8 men † expendens falſam monetam ſi doceret vel oſtenderet ille talis a quo illam habuerit vt dicit Iacobus butri.in.l.maiorem.C.ad.l. iuliam de falſis, quam tamen opinionem limitat Angel. ibi ſi perſona eſſet bonę opinionis, et famæ aliter non, et Ioan.de annania in cap. ad falſariorum, in quin
9 ta colum. de crimi.fal. Item † excuſaretur quis ſi ignoranter expenderet falſam monetam, vt voluit Ludoui. Roma. in conſil.340. incipien.circa primum in fin.quod dic vt per Mar.in.d.l. qui falſam, nume.88.&.97.ſupra.

10 † Vltimo quæritur qua pœna puniatur tingens

monetam auro, vel argento et tondens monetã, dic vt per Ioan. de anna.in.d.c.ad falſariorum,et per Saly.in.l. ſecunda.C. de falſa moneta, et per Mar.plura accumulantẽ in.d.l.qui falſam,nume. 100.&.101.ſupra.

11 † Inditia contra prædictos monetarios ſunt vt ſi imputatus de hoc crimine perquiratur in domo in qua ipſa habitat et ibi reperiantur ſtampæ faciendi falſas monetas, vel iſte talis penes ſe haberet prędictas ſtampas, tunc hoc facerent maximum inditium ad quæſtionem et torturam habendam,prout dicit ſingulariter Ludo. Roma.in

12 conſil.323.incipien.eo ipſo affirmans quòd ſi † libri hæreſis reperiuntur penes aliquem ille prſuſumitur hæreticus Bald.in.l.maiorem.C.ad.l. Cor-

13 neliam de falſis vbi dicit quòd vtens † falſo inſtrumento præſumitur ipſum feciſſe fieri niſi nominet eum qui fecit fieri, vt in ſimili quando res furata reperitur penes aliquem inuentio talis rei facit inditium ad torturam niſi oſtendat a quo eã habuit:vt dicit Bar.in.l.fin.ff.de quæſtioni.nume. 6.ver. iſtud puto ſufficere ad torturam et Bald.in l.in ciuile.C.de furtis,et Angel.aretinus in tracta. maleficiorum,in ver. et veſtem cœleſtem,nume. 28.incipiente quæro, an eo ipſo, et Saly.in.l.fina. vltim. colum. de quæſtio. et de iſta materia vide Dyn.in conſil.38.incip. quòd contra bencinenem Ion.de anna.in.c.ad falſariorum,de crimi.fal.Bal. in.l.fin.C. de non nume.pec. Abba.in.c. quanto, de iureiuran. Fran.are.in conſil.2.incip. præceden dum Iaſon.in.§.actionem,inſti.de act.ad ſunt etiã alia inditia in materia huius criminis vt Cępol.in conſil.17.fol.80.per totum.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per Vicariam Neapoli, & aſſeſſores eiuſdem ex eorum, et cuiuſq; eorum puro, mero, ac ſincero officio, poteſtate, authoritate arbitrio, atq; bailia contra & aduerſus.

Memoriam.q. Gaij Car. proditoris patriæ ſuæ.

IN eo, de eo, & ſuper eo, ꝙ fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione ſic refferente, non quidem a maleuolis & ſuſpectis, ſed a veri dicis, & fide dignis perſonis non tantum ſemel ſed ſępe ac ſępius ad aures, & notitiam eiuſdem Vicariæ etiã per modum notorij auditu peruenit. Quod in die. 20. Decembris proxime exacti. Idem.q. Gaius conuocatis, & congregatis quamplurimis complicibus, & fautoribus loco, & tempore nominandis, ac propalandis, auſus fuit accedere ad domũ Guberti Carachiele, & ibi ordinem, & tractatũ facere de rebellando patriam ſuam, & ſe cũ multis alijs adhęrentibus, fautoribus, & ſequacibus ſuis ponere in inſidijs in domo pręfati Guberti occaſionem, & opportunitatem expectans ꝙ tranſitantibus rei. Gubernatoribus per dictum locum vnanimes in eos irruere, atque impetum facere eoſq; omnes interficere, & poſtea ſe cõferre ad palatium ibiq; firmatis, atq; ſtabilitis ipſis cõplicibus, & fautoribus ponere ſe ĩ ſolio regali, & mãdato eiuſdẽ acclamari facere qudd ſiquis etc. eiſq; præcipere vt ſub pęna indignationis, &c. debitã ſibi præſtent obedictiam in executione huius nefandæ, ac deteſtãtæ deliberationis idem.q. Gaius

& complices

& complices in die prędicta ordine ſic inter eos firmato ſe poſuerunt cum prædictis in inſidijs in domo prædicti Guberti continuo obſeruantes ad uentus præfatorum Domin. Gubernatorum illac tranſeuntium, qui nihil mali ſibi inuenire cogitan tes cum ad locum inſidiarum perueniſſent omnes prædicti inquiſiti diabolico furore accenſi tanquã canes rabidi, & humani ſanguinis ſitientes vnanimes in pręfatos Reip. Gubernatores irruerunt clamantes ammazza ammazza, ſed ipſi hoc intuentes fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt reducentes ſe in domo D. Pandulfi Carachiole, & vt latius in proceſſu continetur. Committentes prædicti inquiſiti dictum grauiſſimum exceſſum ſciẽter, doloſe, proditorie, apenſate, atque data opera contra Deum, ius, & iuſtitiam, & in vilipendium Reipub. & adminiſtratoribus eorundem locis, modis, & temporibus, vt latius in proceſſu continet.
Super quibus omnibus, & ſingulis, annexis connexis & dependentibus ab eis prædicti aſſeſſores ui cariæ ex eorum, & cuiuſque eorum ex mero officio ſecundum formam iuris, & ordinum ipſius ci uitatis inquirere, & procedere intendunt, & dictos inquiſitos, & quemlibet eorum repertos cul pabiles punire, & condemnare ſecũdum formam iuris, &c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Crimen leſæ maieſtatis, an enorme, & an ab eo appellari poßit.*

2 *Querela contra tales criminoſos etiam poſt mor*

tem, an intentari poſsit.

3 *Proclama, ſeu citatio, quomodo formanda ſit in hoc crimine.*

4 *Legitimis inditijs non præcedentibus, an contra reum imputatum de huiuſcemodi crimine pro cedi & detineri poſsit.*

5 *Quot modis contrahatur crimen rebellionis, qua pœna puniri debet.*

6 *In hoc crimine leſæ maieſtatis, an bona publicari debeant.*

7 *In publicatione bonorum, an ueniant bona exiſtentia in alieno territorio.*

8 *In crimine leſæ maieſtatis, an per ſimplicem ſciẽtiam quis incidat in pœnam ordinariam eiuſdem legis.*

9 *Per ſimplicem ſcientiam ſine tamen reuelatione an quis incidat in hoc crimen.*

10 *Quilibet in huiuſcemodi crimine, an admittatur ad accuſandum.*

11 *Sacerdos cui in confeßione reuelatum fuit hoc crimen, an poßit confeßionem ſibi factam reuelare.*

12 *Attentatũ, an puniatur pro delicto cõſumato in hoc crimine.*

13 *Teſtes inhabiles, & non idonei, an admittatur ad teſtificandum ſuper hoc crimine, & eorũ dicta, an faciant inditia ad torturam.*

1 SCire debes ꝙ crimen leſę maieſtatis eſt enorme, & ab eo appellari nullo modo poteſt, vt

voluit Ange.in tract.maleficiorum,in verbo,che hai tradito, in principio, & in glo.præſente Gaio. & appellante, & in.l.i.C. de ſal.mone. Et eſt ad-
2 uertendum quod † contra tales criminoſos etiam poſt mortem intentari poteſt,vt voluit idem Ange.in verbo ſupra, in ver. & bene aduertas, Cœpo.in conſi.17.incip.viſa commiſſione,nume.6.&.7.al leg.gloſſ.ſingu.in.l.manicheos.C.de hæreticis,& Lud.Roma. in conſi.522.incipien.de crimine leſę
3 maieſtatis, & † citatio formanda eſt hoc modo filij hęredes,& ſucceſſores,& propinqui,ſiqui ſunt, qui veniant ad contradicendum quicquid volunt, & intendunt ne memoria.q. Gaij damnetur cauſa,et occaſione cuiuſdam inquiſitionis contra eius memoriam formatę, & ne eius bona confiſcentur ei in forma.

4 † In hoc crimine procedi non poteſt ad torturam niſi pręcedentibus legitimis inditijs, & alijs pręſumptionibus, vt eſt text.& gloſſ.in.l. ſiquis alicui.C.ad.l.iuliam maieſtatis,& ibi Cyn.Bal.Ange.& Salyce.Bald.in.l. quicunque in prin.vltima colum.C.de ſer.fug.Mar.in.l.penul.nume.21.ff. de quęſtio.Idem in ſua pract.§.coſtante, nume.2.& §. diligenter, numero.195. Carre. in tracta.hęre. pra.fol.192.nume.117.

5 † Quot autem modis contrahatur crimen rebellionis,& de pœna eiuſdem,vide Dom.Guid.Papa in deciſionibus.589.vbi pœna rebellis, & per Bonifa.in operę maleficiorum in ti.de cri.leſę maieſtatis, & per eundem Guidonem in deciſionib. 191.quis dicatur proditor, & per Corne.conſi.96. in quarto vol.per totum,& per Marſi.de laude in ſuo tracta.crimi. leſę maieſtatis, & per Carre. in ſua pra.crim.nume.88.fol.18. & per doct.in.l.1.ff.

&.C.ad.l.iul.maieſt.Bar.in extrauag.qui ſint rebel.ver.rebel.& Cœp.ellegan.in conſi.prææalleg. 17.fol.21.per totum.

6 † In crimine leſę maieſt.bona publicantur,ac etiã in crimine hæreſis & ita ſeruat conſuetudo, prout dicit Alber.in tracta.ſtatutornm in quęſtio.18.nume.6.circa finem in tertia parte Bal.in.c.1.in.4.co lum.de pace tenenda in vſib.feu.Cœp.in conſ.17. præalleg.nu.35.Saly.in.l.1.C.de fal.mon.

7 † Item dubitatur,an publicatis bonis veniant bona exiſtentia in alieno territorio, dic ꝙ ſic, prout voluit Guiliel.de Cun.in.l.cunctos populos.C.de ſumma trinita.Albe.in ſecunda parte ſtatutorum q.2.nume.2.Specu.in titu. de accuſa.§. ſequitur in formula bannitorum in additionibus,quæ incipit fœlicis recordationis Oldrad. in conſi. ſuo.17. vbi plene loquitur,& idem Alber.in quarta parte ſtatutorum in ſecunda columna.q.13.nume.11.Dyn. in conſi.ſuo incipien. quidam inculpatus, numero.17.Pau.de caſtro conſi.84.Alexan.de Imo.cõſi.92.in ſecunda parte volum.Ludo.Rom. in ſingularibus ſuis, ver.ſententiæ, verſi. licet ſit magnum dubium.

8 † Item quæritur,an per ſimplicem ſcientiam quis incidat in crimen leſæ maieſtatis,dic quod ſic, vt in.l.quiſquis,ver.fin.C.ad.l.iul.maieſta.& ibi Saly.& Bart.in.l.vtrum.ff.ad.l.pompeiam,de parricid.quod tamen eſt verum, quando talis ſcientia eſt probabilis, ſecus autem ſi eſt improbabi-
9 lis, quia tunc quis non cadit in hoc crimen † per ſimplicem ſcientiam ſine reuelatione, dicit Bald. in conſilio ſuo incip.quanquam allegata ſint multa Alexan.in conſi.13. incipien. conſideratis his in primo vol.in.6.vol.Hip.de Mar.in ſing.ſuis.164.

incip.nemo debet Ange.de Aret.in tracta.maleſi. nume.10.ver. quod crimen.fol.65.

10 † In hoc crimine quilibet accuſare poteſt etiam infames niſi ſint infames ex eo quod ſint damnati publico iudicio, quia de nullo crimine, iſti tales accuſare poſſunt, vt eſt glo. vbi Barto.in.l.qui accuſare, ver.item hic dicitur.ff.de accuſa. Ange.in l.qui iudicio,eod.tit.Idem Ange.in tracta.maleſi. in ver. che hai tradito, nume.9.ver.quæro quis, fol.74.idem Ange.in.l.famoſi.ff.ad.l.iul.maieſta. Bonifa.in tracta.maleficio.in tit.l.iul.maieſtatem, nume.2.fol.187.

11 † Inſuper quæritur, an ſacerdos qui in confeſſione audiuit confitentem fateri hoc crimen leſæ maieſtatis poſſit confeſſionem ſibi factam reuelare, dic vt per Ange.in tracta.maleficio.in verbo,che hai tradito,nume.18.verſi. quæro,an ſacerdos,folio.77.Et per Canoniſtas in.c. omni vtriuſque ſexus de pœnitē. & remiſſ.& Marſi.in.l. vtrum.ff. ad.l.pompeiam,de parri.nume.5.fol.27.& Archi. in.c. ſacerdos,de pœni.d.6. Panormi.in.c.1.de reſti.ſpol.colum.pen.& in. c.pe trus,Felyn.in.c.1.d officio delega.

12 † Poſtremo in hoc crimine teſtes etiam inhabiles admittuntur ad teſtificandum, & eorum dicta facerent inditium ad torturam, vt ellegan.dixit Alexander in conſi.11. incipien. circa primum, in ſecunda columna, in primo volumine, Marſilius in ſua pract.criminali,in.§.diligenter,numero.5.fol.14.alleg.gloſſ.nota.in.l.tertia.§.lege iulia, in ver.palam, quæ alleg.l.famoſi.ff. ad.l. iuliam maieſta.&.l.nullus.C.ad.l.iuliam maieſta. Bonifa.in tracta.maleficio.in rub.ad.l.iuliam maieſta. nume.2.fol.187.cum in fi.vulga.

13 † Attentans occidere regem vel regis conſiliarios punitur, ac ſi occidiſſet in hoc crimine, vt dicit Bald.in.c.1.ver.ſi voluerit,de cap. qui cur. vendi. vbi concludit quod inſidię paratę contra regem habentur pro delicto conſumato, late Car. in ſuá pract.in fol.59.nume.15.alleg.l.quiſquis.C.ad.l.iu liam maieſt.Fely.in trac.de dona. Mar.in.l. eiuſdẽ in prin.ff.de ſiccar.nume. 9. Ange.in.l.1.§.hęc ver ba.ff.quod quiſque iur.Alexan.poſt Bart.in.l. qui ea mente.ff.de fur.Bal.in.l.3.C.de ſer.fug. Ange.in in trac.malefi.ang.in ver.ex internallo.nu.16.fol. 81.ver.ſed aduerte ne erres vbi not.& elleg.Cœp. conſi.29.numero.3.fol.39.Raphae.cun. conſi.134. Alexan.conſi.138.in primo volumine.

SVMMARIVM.

1 *Concordia,quid ſit, & quomodo diffiniatur.*
2 *Pax,quid ſit, & quomodo diffiniatur.*
3 *Tregua,quid ſit, & eius diffinitio.*
4 *Arbitrer,an poßit ponere manus ad non contẽta in compromiſſo.*
5 *Aetate inhabiles,an habilitentur, ut matrimonium contrahant pro pace habenda.*
6 *Patrem bannitum,an filius teneatur alimentare.*
7 *Papa ob pacem ruptam,an ſit iudex competens inter laicos.*
8 *Epiſcopus, laicos diu litigantes, an concordiam reducere poteſt pœnis eccleſiaſticis.*
9 *Propter pacem, an licitum ſit derogare diſpoſitionib. iuris.*

10 *Iudex, an teneatur terminare lites non ſolum iuſtitia, ſed concordia.*

11 *Iudex habens ciuitates inquietas propter diſcordiã ciuiũ, an poßit compellare ciues ad pacẽ.*

12 *Accuſatori calumnioſo, an propter pacem ſit ei pœna imponenda.*

13 *Iudex, an debeat ſtudere paci, & treguæ.*

14 *Eccleſia, an pro bono pacis tolerat depoſitionem epiſcoporum.*

15 *Eccleſia, an toleret illum, qui nulla authoritate interueniente epiſcopi de manu laicorum accepit eccleſiam.*

16 *Epiſcopus dato ſibi bono concambio, an epiſcopatui renunciare poßit.*

17 *Subditus offenſus, an ſuadendus, uel cogendus ſit, ut remittat iniuriam.*

18 *Offenſus in foro conſcientiæ, an compelli poßit ad pacem agendam.*

19 *Statuta facta tempore guerræ, an tempore pacis tollenda, & mutanda ſint.*

20 *Iudex, an ſalua conſcientia poßit detrahere aliquid de iure pauperis, & dare diuiti, & ut eos concordet.*

21 *Arbitrer tenetur ſemper reducere partes ad concordiam & pacem.*

22 *Iudex, debet omnia cõcordia, et pace terminare.*

23 *Carceratus ob blaſphemiam, an per confeßionẽ ſacerdoti factam poßit liberari a carceribus ſtante ſtatuto quod qui habuerit pacem ab of*

ſenſo a carceribus liberetur.
24 Super crimine adulterij, an licitum ſit pacem facere, ſeu tranſigere.
25 Actor, an poßit in iudicio petere aduerſarium ſuum compelli ad tranſigendum.
26 Iudex, an poßit compellere partes ad tranſigẽdum & concordandum.
27 Pax, an dicatur rupta propter adulterium cõmiſſum in uxorem alterius ex partibus.
28 Ciuilitas acquiſita ex priuilegio, an propter ſuperuenientem guerram amittatur.
29 Legaturus, an perdat legatum propter inimicitiam ſuperuenientem.
30 Tutor deſignatus a iudice, an excuſetur ab onere tutelæ propter ſuperuenientem inimicitiã inter ipſum, & patrem pupilli.
31 Pax non ſolum habet uim ſimplicis indulgentiæ ſed reſtitutionis in integrum.
32 Officialis cõſpiciẽs duos rixantes, ſi nõ ſe interponit mediãdi cã, an ab officio ſit remouẽdus
33 Sup accuſatiõe pub. an offẽſus pacẽ facere poßit
34 Pax, & tregua, an diebus feriatis ſine peccato tractari poßit.
35 Pax in dubio dicitur eſſe perpetua.
36 Pacem faciens cum aliquo, ſi eum non offendit, ſed conſanguineam ſuam, an incidat in pœnã appoſitam in contractu pacis.
37 Bona rebellium confiſcata tempore rebellionis, an tempore pacis eis reddenda ſint.

38 Pacis priuilegia quæ ſint.

39 Statuta prohibentia portare arma tempore guerræ, an tempore pacis iudex poßit cõtra tale ſtatutum iuratum conuenire.

40 Pax quotuplex ſit, & quomodo dicatur rumpi, & an a concordia differat.

41 Clericus, an propter pacem poßit transferi de una eccleſia in aliam.

42 Pax inter duos inita ſub pœna an propter ſtuprum & inceſtum commiſſum cum affinibus alterius patris rupta eſſe intelligatur.

43 Paciſcentes adinuicẽ ſub certa pœna, et ſe inuicem offendẽtes et neſcitur quis primo ſociũ offenderit an de pace rupta puniri poßint.

44 Pupillus an poßit facere pacẽ de morte patris cum inimicis patris ſine decreto iudicis.

45 Pax facta ſup uulnerib. an extẽdatur ad mortẽ.

46 Pax, et cõcordia an ſit unũ, et idẽ ſtante ſtatuto quod ſup iniurijs alicui illatis pax habeatur.

47 Pax facta inter attinentes an impuberes comprehendat.

48 Pax facta alicui, et cõplicibus et rupta an cõplices offẽſi ĩtelligãtur ãtequã ipſi ratũ habeãt.

49 Princeps inuicem paciſcentes ſub pœna nõ offendere terras alterius an bona adhærentiũ includantur.

50 Offendẽs bãnitũ an incidat ĩ pœnã pacis ruptæ.

51 Pax facta inimico, & hæredibus ſuis ſub pœna ſi unus ex hæredibus offendatur an oſten-

ſus ad integram pœnam agere poßit.

52 Iudex poteſt hortari partes ad cōcordiā, et pacem, an poßit etiam illas arctare ad cōcordiā.

53 Iudex an poßit cogere partes ad cōpromittēdū.

54 Iudex in cauſa criminali an poßit compellere partes ad pacem, & concordiam.

55 Princeps an poßit cogere litigantes ad pacem concordiam & ad compromittendum.

56 Iudex an poßit compellere partes ad concordiā quando dubitatur ne ueniant ad arma.

57 Diſcordia quando tendit ad incommodum alterius, an poßit implorari officium iudicis ut eos ad concordiam redigat.

58 Diſcordia inita inter pſonas inſignes, & notab. ex qua Reſp. facilime turbari poßit an princeps eos cōpellere poßit ad pacē et concordiā.

59 Statutum arctans perſonas ad faciendam pacē in certo caſu, ſed ipſæ perſonæ neſciunt capitulare an iudex illam capitulabit.

60 In oībus caſibus in quibus partes cōpellūtur ad pacē an in illis compelli poßint ēt ad treguā.

61 Pax fieri poteſt de crimine iniuriarū, & damno dato poßit fieri ſup crimine mere criminali.

62 Communia uillarum an poßint remittere damna ſingulorum pro pace facienda.

63 Pacis uigore multa conceduntur, quæ de iure fieri non poſſunt.

64 Pax an rumpatur propter minas.

65 Procurator conſtitutus ad faciendam pacem an

paciſci poterit, quod aliquis, et eius filij in ciuitate, & comitatu morari non poſſint.

66 Capitula pacis Ducis Mediolani, et cõmunis Florentiæ et inter Do. Venetos, & Ianuenſes.

67 Ianuenſes an poſſint nauigare bona fide in gulfu. Do. Venetum.

68 Pace inita inter duos reges, et mota guerra alterum eorum cuidam tertio, qui uni ipſorum adhæreat, an iſte tertius intelligatur pacificatus cum alio rege.

69 Epiſcopus loci an per cenſuram eccleſiaſticam poſſit compellere litigantes aſſiduos etiam nõ ſubditos ad concordiam & pacem.

70 Pax inita inter duas ciuitates an proſit cuilibet ex illis ciuitatibus.

71 Pœna adiecta in prouiſione pacis ſeruandæ an ſemel uel pluries committatur.

72 Pax facta per plures cum pluribus, et una pars promiſit nõ cõtrauenire ſub pœna ſi unus occidatur ab aliquibus de alia parte an pœna in ſolidum committatur, & quibus acquiratur.

73 Pax et remiſſio iniuriarũ an abſentib. fieri poſſit.

74 Princeps pro pace habenda an poſſit caſtrum ſibi ſubditum alteri concedere.

75 Pax & tregua inita inter duos inimicos et alter eorũ offendat fratrem, ſeu coniunctos an incidat pœnã adiectam incompoſitione pacis.

76 Si unus dat damnum in bonis alterius an incidat in pœnam pacis rupte.

77 Famuli dominorum inuicem rixantes an intelligãtur rumpere pacem dominorum ſuorũ.
78 Pax quando haberi debet an ſufficiat tregua.
79 Epiſcopi ſecundũ ſacras cõſtitutiones an teneãtur cõſeruare pacẽ et eius uiolatores punire.
80 Pax quomodo facienda ſit.
81 Pax abſenti an per notarium ſtipulari poßit.
82 Pax pretio uel pecunia recepta fieri poßit, & an teneat.
83 Pax ſi ẽ facta ab hærede occiſi pecunia recepta an ꝑ hũc actũ intelligatur adire hæreditatẽ.
84 Pax inita per tutorem cũ obligatione ad pœnã an reputatur damnum ipſi pupillo.
85 Pax probatur ex legato facto inter inimicos.
86 Pax facta cũ ꝓmißione pœnæ applicãdæ fiſco nõ ualet niſi notarius fiſco pœnã ſtipuletur.
87 Pax minore & fieri, & an à ſtipulari poßit.
88 Pax an rũpatur ſi inferens metũ quoquomodo offendatur.
89 Pax an à teſtatore in teſtamento fieri poßit.
90 Pax facta ꝑ tertiũ an ꝑ hæredẽ ratificari poßit.
91 Pax an a procuratore fieri poßit ſi non habet ſpeciale mandatum.
92 Ciuitates adinuicẽ paciſcentes quod liceat alteri uindicare uel fœdera pacis rumpere, an tale pactum de iure ualidum ſit.
93 Pax an fieri poßit a filijs ſpurijs occiſi, et ꝓſit.
94 Stãte ſtatuto ꝙ pax habeatur ab hæredib. occiſi an fieri poßit ꝑ filiũ occiſi licet nõ ſit hæres.

95 Pax facta per matrem tutricem filiorum pupil lorum ſuper homicidio mariti an ualeat.

96 Pax a filio familiæ iniuriato an fieri poßit in iudicium patris.

97 Pax a fœmina ſuccedente offenſo an fieri poßit & facta teneat.

98 Pax facta cum ciuitate, & caſtellis an extendatur ad caſtella de nouo acquiſita.

99 Pax facta regi an intelligatur eſſe facta conſiliarijs ipſius.

100 Pax facta percuſſori an fieri poßit mandatori criminis.

101 Pacis inſtrumentum productum poſt terminũ ſtatuti an proſit.

102 prohibita p ſtatutũ diſponentẽ de pcutionib. ſanguinolẽtis an fieri poßit ſup pcutione facta cũ pugno ob q̃ percuſſus in terrã cæcidit, et caput ſibi fregit cum ſanguinis effuſione.

103 In uiolatorib. pacis an bona publicari poßint.

104 Concordia reddita per pecuniam an ualeat.

105 Pax ſeu tregua facta alicui an intelligatur ẽe rupta ob raptum ſecutum in perſonam filiæ, uel ſororis alterius ex paciſcentis.

106 Mandatum non finitur morte mandanti etiã re integra in caſu pacis faciendæ.

107 Pax facta de uulnere, an intelligatur eſſe facta de morte.

108 Pax quõ differat à tregua.

109 Furantes animo uiolandi pacem furcha an ſuſpendi debeant uel ne.

QVoniam vt docet experientia rerum magiſtra ſecutis homicidijs vel vulneribus lapſu tempo ris partes deueniunt ad cōcordiam pacem vel ſaltem ad aliquam treguam. Ideo ſcire debes q̄d ſi duo faciunt pacem promittentes ſibi inuicem, vicisſim non offendere ſub certa pęna ſi vnus eo rum alium offenderit, an incidat in pęnam dic vt per Marſi.in ſingu. ſuis nume.337. fol.34.incipiē. ſecutis homicidijs, Paul. de caſtr.conſil.74. in.7. colum.in fin.incip.quia fruſtra.Item ſi plures fece runt pacem cum pluribus, & promiſerunt quili bet eorum in ſolidum non offendere & vnus of fenderit,an pęna in ſolidum peti poſſit,uideBar.in l.fi.2.q.ff.de duobus reis,Ang.in.l.ſi cum exceptio ne.§.ſatis.ff.ꝙ metus cauſa,Bal.in.l.2.C.de liber. & eorum lib.Pau.de caſt.in.l.bonorum ante fine. ff.rem raptam hab. plene Cor. per. in conſil.248. incip.deciſionem per totum fol.223.4.vol.

1 † Sed in primis ſcire debes quid ſit concordia, dic quod eſt ſedatio diſcordiarum perpetuo duratura, vt Bal.in.l.de fideicom.C.de tranſact.alleg. Ar chidia.in.c.1.&.c.indemnitatibus, de electi.lib.6. Albe.in tract. ſtatutorum in verbo concordia nu. 6.fol.83.Iaſ. plene.in.d.l.fideicom.nume.3.& in.l. cū proponas,la ſecunda.C.de pact.circa medium.

2 † Pax eſt vinculum chariatis immo affectus ip ſius charitatis vt dicit Corne.per.in conſil.185.nu. 9.incip. in hæc conſulatione fol.387.in.3. volum. alleg.ſ.Thom.de Aquino ſecunda ſecundæ quō.3. & plene Ioan.and.in rub.& in.c.1.de treg.& pa. Bald.in conſil. incipien.laudare in.volum. & idē Cornel. in conſil.8. nume.50.fol.14. volum.3.qui aliter diffinit,quod ibi vide.

3 † Tregua eſt finis diſcordiæ ſeu rixæ ad breue tē

pus quo breui tempore finito poteſt iniuras vlciſci, & ſic debet ſemper expectari lapſus temporis ipſius treguæ vt Hoſt. in ſumma de treg. & pa. Maria.ſoci.in conſi.26.incip.Ianuenſium dux in.9.col.Iaſon.in.d.cum proponas, la ſecunda.C.de pact.numero.6.fol.74. & Felyn. in rubr. de treg. & pace, quod ibi videtur.

4 † Arbiter non poteſt ponere manus ad ea quæ nō continetur incompromiſſo, vt in.l.non diſtinguemus.ff.de officio arbitris.c.examinata, de confir. vtili vel inutili, & voluit. Bart. in.l.aquilia.ff.de tranſa. tamen in caſu pacis poterit apponere manus etiam ad non contenta incompromiſſo, vt eſt text.ſingu.in.c.niſi deprehen.& ibi Butr.ꝗ not.

5 † Quinto eſt tex.rot.in.cap.2.de ſpon.impu. vbi propter pacem permittitur contractus matrimonii in eos qui non habent ętatem habilem hoc idē voluit Ludo. Ro. in.l. ſi vero.§. de viro in ſexta fallentia.ff.ſolu.matri.

6 † Sexto adduco textum.in.c.i.§.ſiquis omnem de pace teneda, vbi ſi pater fregit pacem, & propter hoc bannitur, filius non tenetur alere patrem bannitum propter pacem ruptam licet regulariter filius teneatur alere patrē bannitum vt in auctẽ. de inceſt.nup.§.1.& ibi Nicola. de neapo.& vol. Bar.in.l.ſiquis a liberis.§.ſed vtrū.ff.de lib.agnoſ.

7 † Septimo aſſigno tibi tex.in.c.ſicut, el ſecundo, de iureiu. vbi propter pacem ruptā Papa iudicat inter laicos, & idem probatur in.c.nouit, de iudicijs regularici cōtra, quia diſtinctę ſunt poteſtates et iuriſditiones.c.ſolicitæ, de maiorit.& obedien.

8 † Octauo adduco.gl. ſing.in.c.placuit.90.diſtin. vbi poteſt epiſcopus laicos diu litigantes per cenſuras eccleſiaſticas inducere ad concordiam & a-

legatur text.ille per Butri. et imo.in.ca.1. ad fina. de mutu. peti. et per Abbatē in rubric. de tregua et pace, et in.c.cum inter.R. de electione, in tertia.col. et in.c.fina.in.4.notabi.de maiori. et obedien. et in.d.c.nouit de iudicijs, Paul.et Alexan. in.l.quidam.ff.ſi cert.pet.Idē Alex. poſt Roma.in l.ſiquis mihi bona.§.iuſta.ff.de dā.infect. Alexan. in.l.1.§.poſt operis, in.3.col.ff.de oper.no. nuncia.

9 † Nono adduco tibi tex.in.ca.his quæ, de maiori. et obed. et in.ca.2.de arbit.vbi pro bono pacis derogatur diſpoſitionibus iuris.

10 † Decimo iudex non ſolum iuſtitia, ſed concordia et pace debet terminare lites, vt in capitu.1.de mutuis petitio.in.ca.cām qui, el ſecundo de teſtibus in.c.fi.de proba.et in.ca.querelam, de ſimon.

11 † Vndecimo. Bartol.in.l.furti.§. qui iuſſu.ff.de ijs quę not. infam. dicit ꝙ ſi ciuitas inquietaretur propter diſcordiam aliquorum ciuium ꝙ poteſt iudex eos compellere ad pacem, et ibi Thoma de Ploua.in apoſt.ad Bart.

12 † Duodecimo propter pacē nō imponitur pœnitētia calumnioſo accuſatori.ca.accuſaſti, extra de accuſa. et in.c.non fruſtra.23.q.5. et.2.q.1.c. notum.

13 † Decimotertio. Bald. in rub. de treg.et pa. dicit ꝙ iudex debet ſtudere paci ſi bona eſt, et ęqua alias nō, et alleg. do. Goffr.dicentem ꝙ iudex ante factū delictum dēt ſtudere paci, ſed poſt factū debet punire et idem Bal.in.c. quintauallis, de iure.

14 † Decimoquarto adduco tibi text.in.ca. hæc quippe.3.q.6.vbi pro bono pacis eccleſia tollerauit depoſitionē quorundā epiſcoporū et ſubrogationem aliorū pręter mētem et cōſcientiā.20. pontificum.

15 † Decimoquinto in ſimili adduco tibi tex. in.ca. cura, de iure patronat. vbi propter bonum pacis

tolleratur

tolleratur ille qui diu de manu laicorum accepit eccleſiam nulla interueniente authoritate epiſco.

16 † Decimoſexto Innocen.in.c. niſi cum pridem, de renun.quem refert Abbas in.c.primo de elect. & in.c.cum inter.R.in.3.colum.de elect.ibi an autem Papa poſſit, tenet, ꝙ pro bono pacis tenetur Epiſcopus dato ſibi bono concambio renunciare epiſcopatui propter pacem habendam inter eum & populum.

17 † Decimoſeptimo voluit Bal.in.l.1.§.qui es.ff.de pręfect. vrb. ꝙ licet offenſus ſit ſuadendus ad faciendam pacem,non tamen cogendus, vt remittat iniuriam; licet regens prouinciam debet ſubditos conſeruare in pace, ſed ad quiete viuendum non ſolum hortari, ſed cogere, cum ſubditus publicus plerunque ex priuato turbetur,& idem Fely.in rub.de treg.& pa.& idem Bal.in.l.ſiquis ingenuo.§.in ciuilibus.ff.de capti.

18 † Decimooctauo adduco tibi tex.inſti.de iniur. §. fin.quod licet offenſus non poſſit compelli ad pacem in foro contentioſo ſecus tamen eſt in foro cõſcientię,ita dicit Bal.in.d.§.quies,de offi.pręf.vrb.

19 † Decimonono tex.eſt in.l.vnica,in prin.C.de cadu.tol.vbi tempore pacis debent tollit ſtatuta facta tempore guerrę ad locupletandum fiſcũ, quod not. contra tyrannos qui finita guerra non reuocant ſtatuta,prout magnifacit Rom.in conſi.459. incipiente in propoſita conſultatione vbi dicitur quod id quod belli calamitas introduxit pacis lenitas ſoluit.

20 † Vigeſimo Ioan.and.& Specu.in tit. de præpara.iudi. dixerunt quod ſi aliquis eſt potens, & diues, & vult concordiam & litigat cum aduerſario paupere recuſante concordiam ſouente tamen

iuſtitia, ſed illam conſequi non poteſt propter potentiam aduerſarij, quod iudex poterit eos concordare detrahēdo aliquid de iure illius pauperis, nec peccat hoc medio illos concordando quod dictū refert, & ſequitur do. Car. in. c. fi. de tranſ.
21 † Vigeſimoprimo adduco tibi Bar. in. l. ſi de meis §. recepiſſe. ff. de arbi. vbi dicit quod ſi partes aſſumunt aliquem in arbitrem nunquam debet ſe reducere ad ferendam ſententiam, ſed reducere partes ad concordiam, & pacem, quia ad iudicem nō ſpectat componere ſed iudicare.
22 † Vigeſimoſecundo Bal. in. c. conueniſſent de teſtib. ibi iuſtitia mediāte terminetis dicit quod propter hoc non tolleratur, quin omnia concordia terminentur adducit capitulum cauſamque, il ſecundo eo. ti. c. querelam, de ſimo. & . c. fi. de prob.
23 † Vigeſimotertio Bart. in conſi. 167. incipien. qui miniſter dicit quod ſi vnus habet ex priuilegio ꝙ poſſit liberare diebus certis aliquos ex carceribus & ſtatuto caueatur quod nullus liberetur de carcere niſi primo habuerit pacem cum offenſo, & Titius blaſphemauit Deum, & ob id miſſus eſt in carceribus, quod ſi Titius habuerit pacem a Deo per remiſſionem & confeſſionem ſimplicis ſacerdotis quod poterit a carceribus liberari, vide Iaſ. in. l. ait p̄tor. § iurari, nu. 16. fol. 67. ff. de iureiu.
24 † Vigeſimoquarto conſuluit Bar. in conſi. 165. in cip. Dom. Poteſtati vbi conſuluit ꝙ licet facere pacem ſuper crimine adulterij, vt habeat locum remiſſio certe partis condemnationis ex forma ſtatuti per tex. expreſſum in auctē: ſed hodie. C. de adul. & ſufficit habere pacem cum marito tātum, quia mulier non poteſt, dici iniuriata, & ibi reſpōdet ad. l. tranſigere. C. de tranſac. quia licet pax, &

cõcordiam, per quam rancor. qui eſt in animo iniuriati reijciatur, propter hoc proceſſus non impeditur licet ex forma ſtatuti pœna minoretur, nam pax in omni maleficio licita eſt, vt inſti. de iniur. § fi. & in. l. ſi tibi. §. quædam, & in. l. fi. ff. de pact.
25 † Vigeſimoquinto adduco tibi eundẽ Bart. in ſuo tra. incip. ciuitatis Piſanæ conſilium decreuit, nu. 11. vbi diſputat, an poſſit quis in libello in iudicio exhibito petere a iudice aduerſarium compelli ad tranſigendum, in princi. vbi vide.
26 † Vigeſimoſexto adduco text. in. l. æquiſſimum. ff. de vſufru. vbi iudex poteſt compellere partes ad pacem, & concordiam facit. c. fi. de tranſa. Par. de put. in tra. ſind. ver. concordia, nu. 21. fol. 35.
27 † Vigeſimoſeptimo adduco Lud. Rom. in conſi. 183. incip. in caſu propoſito vbi dicit quod non dicitur quis fregiſſe pacem ſi non oſtendit cãm propter quam fuit facta pax, ſed ex noua, vt voluit Bar. in. l. aut facta. §. cauſa, per tex. ibi. ff. de pœn. et in. l. verum. ff. de fur. & Rom. in. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. vbi dicit ꝙ propter adulterium commiſſum in vxorem eius, aut furtum bonorũ eiuſdem, non dicitur pax eſſe rupta, hoc idem vol. Io. an. in rub. de treg. & pa. Bal. in. l. cum proponas C. de pact. l. ſemel mora. ff. ſol. ma. & in. l. qui fidẽ. ff. de tranſ. in lect. Florentina, Canoniſtæ in. c. conſtitutus, de pœ. Lud. Rom. in conſi. 258. incip. in caſu propoſito, & Bal. in. c. 1. circa prin. de pa. ten. in vſib. feud. Alex. in conſi. 119. incip. viſo themate, in 4. vol. Cor. conſi. 51. nu. 100. fol. 54. vbi dicitur ꝙ furtum fit gratia auaritiæ & lucri, adulterium fit propter libidinem, vt ibi per eum.
28 † Vigeſimooctauo adduco Roma. in conſi. 459. incipien. in propoſita conſultatione vbi conſuluit.

an ciuilitas acquiſita ex priuilegio perdatur propter guerram ſuperuenientem cum ciuitate originis, & tandem ſecuta pace recuperetur ciuilitas, dic vt ibi per eum.

29 † Vigeſimonono eſt tex.in.l.quid ſi iterum.ff.de adimen.lega. vbi ſubſequens reintegratio amicitiæ inter teſtatorem, & legatarium inducit reintegrationem legati, quod extinxerat ſuperueniens inimicitia.

30 † Trigeſimo eſt tex.inſtit.de excu.tuto.§.inimicitiæ, vbi ſuperueniens reintegratio amicitiæ inter patrem pupilli & tutorem ei deſignatum extinguit excuſationes ab onere tutelæ quam induxerat ſuperueniens inimicitia.

31 † Trigeſimoprimo Bald.in tit.de pace conſtan.in gl.ſuper verbo priuilegia omnia dixi tibi eſſe tex. quod pax non ſolum habet vim ſimplicis indulgentię, ſed reſtitutionis in integ.cum ſublata guerra per pacem tollatur omnino effectus ſequutus propter guerram.

32 † Trigeſimoſecundo adduco Cyn.in l.ſi ſeruum. C.de nox.vbi dicit ꝙ ſi officialis videt aliquos rixātes, & ſe non interponit mediandi cauſa ab officio ſuo eſt remouendus omnino, & Bal.in.l.omnia.§.quies,nu.3.ff.de off.præfec.vrb.

33 † Trigeſimotertio not. ꝙ vbicunque eſt publica accuſatio offenſus non poteſt facere pacem niſi delictum eſſet in omittendo, quia tunc poteſt, vt eſt glo.ſing.in.l.diuus.ff.ad ſilla.& ibi Bar.& Iaſ.in l.tranſigere,nume.6.C.de tranſ.

34 † Trigeſimoquarto ſiquis non facit iniuriam alicui, non indiget pace nec fit mutua pax, ſi ex vna parte tantum lata eſt iniuria, ita dixit Specula.in titu.de treg.& pa.in princi.

35 † Trigeſimoquinto Bal.in rub.de treg.& pace in 2.col. dicit quod partes poſſunt tempore treguæ facere tractatum de pace ad hoc alleg.l. dies feſtos.C.de ferijs,& Barb.in tit.de ferijs,dicit quod diebus dominicis poſſunt partes habere colloquium & tractatum de pactis & tranſactionibus fiendis abſque peccato quoniam pax eſt deſiderata ab Apoſtolo,vt in in.c.1.de pace tenen.

36 † Trigeſimoſexto not.quod pax in dubio dicitur eſſe perpetua caſus eſt elegans in.c.1.de pace conſtantiæ, & ideo ſi in capitulis pacis non eſt pręfixum certum tempus præſumitur facta pax in perpetuum,& quid ſit pax, vide Bar.in conſi.58. & late Iaſ.in.l.cum proponas,la ſecunda,nume.7.C. de pac.Bart.in conſi.7.nume.66.nu.1.2.incipiē. ad declarationem quęſtionis, & quæ ſit concordia, vide Bal.in rub.de treg.& pace,in.1.col. & Cor. conſi.8.nume.50.in tertia parte.

37 † Trigeſimoſeptimo pacem faciens cum aliquo & promittens eum non offendere ſub pœna ducatorum centum ſi eum non offendit, ſed conſanguineum ſuum.Ita incidit in pœnam, ac ſi eum offendiſſet ita notabiliter dicit Petrus de ancha.in c.ſciant cuncti, de elect.in ſexto per text.in.c. quicunque,in ver.bonis ſuis, vel ſuorum, de ſenten. excommu.in ſexto Ioan.and.in reg.fruſtra,de regu.iur.in mercur. Iaſ.in.l1..nu.7.de indi.ſtidu.tollen.Marſi.in ſing.ſuis,nu.131 fol.34 Socin.in.l.mulieri & Titio.ff.de condi.& demon.nume.6.

38 † Trigeſimooctauo adduco tibi Bal.in tit.de pace conſtan. in.§. hoc in verbo priuilegia omnia, vbi dicit quod ſi bona rebellium tempore rebellionis ſunt confiſcata,& alijs perſonis ſunt conceſſa, facta & inita pace primis dominis reddenda

ſunt alleg.tex.ibi valde not.ita quod pax nedum habet vim ſimplicis indulgentiæ,ſed reſtitutionis in integ.ꝙ not.quia ſeruiet tibi ad multa.

39 † Trigeſimonono pax multa bona inducit,diſcordias remouet,tranquillam quietem introducit,ſtatum perſonarum ac ciuitatum augumentat, honeſtatem affert,diuitias pręparat.Dei ac regum gratiam tribuit ,ſuperbiam vniuſcuiuſque excludit, auaritiam omnium repellit honorem honoratis adiungit, nondum honoratis pręparat Deo ad ſeruiendum animum cuiuſque incitat fructum affectat,affectatum acquieſcere facit,vt alleg.Bald.in titu.de pace conſtantię, in.§. hęc ſunt nomina , in verbo pax.

40 † Quadrageſimo tempore pacis ſtatutum fuit cum iuramento coram Poteſtate,vt nemo portet arma, deinde ſuperuenit guerra vel parcialitas in ciuitate , dic quod Poteſtas poterit venire contra tale ſtatutum iuratum,& ſic omnis poterit arma portare ita pulcher dicit Bald.in rubric.C.qui admit.in prima columna.

41 † Quadrageſimoprimo quid ſit pax,quotuplex ſit pax, et quomodo dicatur rumpi , et quod pax eſt ſtricti iuris,dic vt per Bal.in conſi.58.incipien. laudare in primo volumi.Auguſt.in lib.de ciuitate dei.12. c. 14. vbi ponit plenam diffinitionem, Cor.in conſi.8.nume.50.fol.14.vol.3.

42 † Quadrageſimoſecundo pax, et concordia inter ſe differunt, nam concordia eſt cordium coniunctio,vt in.c.indemnitatibus,de elect.lib.6. Nā concordia eſt quędam remiſſio iniurię illatę , pax vero eſt plena ſedatio diſcordiarum , et ita ſecundum noſtrum vſum loquendi accipimus iſta duo vt diuerſa licet Auguſt.dicat quod pax nihil aliud

eſt niſi ordinata concordia Bald. ſingulariter in.l. prima, in ſecunda columna.ff.de pact.Iaſo.in.d.l. fideicõ.nu.3.C.de trãſ.et idem.l.1.nu.13.ff.de pact.

43 † Quadrageſimotertio not.quod propter pacem habendam poteſt quis transferri de vna eccleſia in aliam ſecundum Roma.in conſi.328.incip. quo ad primum conſultationis articulum Barto.in.c.1. de ferijs.in.18.colũ.ſed dic, vt voluit idem Roma. et melius in conſi.ſuo.345.

44 † Quadrageſimoquarto pax ſi eſt facta inter duos ſub pœna et vnus poſtea committat ſtuprũ, vel inceſtum cum affinibus alterius partis propter hoc non dicitur rupta pax, ita quod inciderit in pœnam, vt dicit Bar.in.l.verum, nume.4.ff.de furt.quod tamen diſtingue, vt ibi per eum, et not. rationem adductam, in nume.29.ſupra.

45 † Quadrageſimoquinto pacem ſi duo ad inuicem fecerunt, et ſub certa pœna promiſſerunt ſe in uicem non offendere, ſi poſtea inuicem ſe vulnera uerunt, et neſcitur quis primo ſocium offenderit nemo ipſorum puniri debet de pace rupta, vt dicit Marſi.in rub. C. de probatio.nume.406. folio 21.alleg.Bar.in.l.cum pater.§.liberis.ff.deleg.2. et in.l.ſi ſeruum.§.ſequitur videre, nu.4.ff.de verb. oblig.Bald. in.l.ſi creditoribus.C.de ſer.pigno.da manu.Abb.in.c.2.in.1.col.de treg.et pace.

46 † Quadrageſimoſexto pupillus non poteſt face re pacem de morte ſui patris niſi authoritate tuto ris, et decreto iudicis, ita dicit Specu.in titu.de ho micidio, dummodo nõ ſit dedecori pupillo, et eius agnationi argumento.l.2.§.ſi emãcipatus.ff.de cõ tratabul.Bald.in rubrica de tregua et pace, in vlti.colum.circa finem nota.Saly.in.l. pactum cura toris.C.de pac.et ibi Iaſ.nu.4.

47 † Quadrageſimoſeptimo pax facta inter duos de vulneribus illatis, an extendatur ad mortem, morte ſequuta, dic per Marſi. in rubr. ff. de iuſſori, nu. 367. vbi dicit ꝙ actus agentium non operatur vltra intentionem eorum, et ideo ſiquis fideiuſſit pro aliquo accuſato de vulnere, ſi poſtea ſequatur mors non tenebitur ad pœnam homicidij ſecundum Specu. in tit. de fideiuſſ. §. 1. ver. ſed pone, Iaſ. poſt alios in. l. 1. in vlt. col. ff. de in lit. iu.

48 † Quadrageſimooctauo adduco gl. in. l. 1. in uer. pactum. ff. de pac. de qua facit feſtum ibi Angel. quod qui facit pactum de iniuriis ſibi illatis intelligitur facere pacem, et concordiam, et ideo dicit ibi Angel. ſatisfactum eſſe ſtatuto requirenti pacem, et concordiam, vt bānitus rebanniatur, et accuſatus non puniatur.

49 † Quadrageſimonono ſi pax facta inter aliquos attinentes, de aliqua vniuerſitate cum pœna de ſe non offendendo, an impuberes comprehendantur, vide notabiliter Do. Philip. Cor. in conſi. 167. per totum. fol. 171. in. 3. volu.

50 † Quinquageſimo pax facta Sempronio, et cōplicibus, an ex eo rupta eſſe intelligatur, quia cōplices ſunt antequam ipſi ratum habeant, vide Bal. in. l. filiusfam. el ſecundo, nume. 2. C. ad macedo. fol. 67. Ange. in. l. qui religioſis. ff. de rei vendic. doct. Cano. in. c. 1. de poſtula. prẹla.

51 † Quinquageſimoprimo duo principes ad inuicem fecerunt pacem, et promiſſerunt ſub certa pẹna non offendere terras alterius, vtrum adhẹrentes, ſeu bona adhẹrentium illis includantur in cap. pacis, dic quod non quia in contractibus ceſſat largiſſima interpretatio capit. cum dilecti, de donat. pro quo eſt text. in. c. ad apoſtolice, de re iu-

dicata libr.6.in verbo volebat vbi clare probatur,quod iſti adherentes non includunrur in capitulis pacis,& hoc tenet ibi Gemi.quod pax facta cum authore principali guerrę ad adhęrentes non ſe intendit niſi fiat de eis expreſſa mentio & Innocen.ibi comendauit fidelitatem.20. eccleſię quę nunquam voluit habere pacem,nec pacis tractatum, niſi permittere de adherentibus & impunitatem eorum refert Abbas.in.c.i. in ſexta colum. ibi ver.et ex prædictis ſingulariter de poſtu.prælа.lib.6.ex quo colligit ibi Abbas quod infideliter agunt, qui faciunt pacem cum principali, & illi qui ſibi præſtiterunt Auxilium non includantur in tractatu pacis,vt voluit Bald.in conſi.51.circa medium in prima parte, vbi dicit ꝙ qui non veniunt in capitulis pacis nō gaudent priuilegijs pacis,vt i.c.1.§.nomina vero,de pace cōſtātia.col.10.

52 † Quinquageſimoſecundo pax ſi eſt facta ſeu inita cum Sēpronio,et occurret quod Sempronius banniatur & pendente banno a Titio interficiatur, quęritur an titius offendens inciderit in pęnā pacis ruptæ dic quod non,vt per Alex.& Iaſon.in l.qui ſeruus, numero.5. ff.de verb.obliga.qui concludunt poſt multas allegationes hanc eſſe communem opinionem alleg. Bartol.in.l.2.C. quando lice.ſe ſine iud.vind.

53 † Quinquageſimotertio pacē faciens cū inimico, & promittens eum non offendere neq; hęredes ſuos ſub certa pęna ſi vnus ex hęredibus offendatur,an offenſus ad totam,& integrā pęnā agere poſſit,dic vt per Iaſ.plura accumulantem in.l. ſtipulatio.§.cato,nu.54.ff.de verb.obligatio.

54 † Quinquageſimoquarto adduco tibi Bald.& Angel.in.l.ęquisſimū,ff. de vſufru. quod in ciuili-

bus iudex poteſt hortari, ſed non arctare partes ad concordiam amicabiliter faciēdam ſeu per via iuris ſeu per viam facti, Idem Butr.in.c.1. de mutuis petitioni. colu. penul. alleg.gloſ.in.l.1.§. poſt temporis.ff.de oper.noui nuncia. Idem voluit Abbas in.c.cum patrem, in vltimo notab. de pactis & in.c.cum inter.R.de electio.3.colum.

55 † Quinquageſimoquinto adduco Bal.i.l.ex ſtipula.C. de ſenten. quod concordia poteſt ſuaderi non tamen imperari ideo non poſſunt partes cogi ad compromittendum in arbitratorem etiam ſi timeatur ſcandalum neque poteſt cogi offenſus ad pacem faciendam immo debet Poteſtas iudicare, & punire. Bald.in.c.1.§.fin. de pace tenen.& Alua.i.d.c.1.§.ſi miniſteriales, Bal.i.d.l.1.§.quies. Fallit in taruiſio, & diſtrictu vbi rectores pro quęſtionibus coram eis vertentibus poſſunt cogere partes ad compromittendum, ut in prouiſionibus duca.lib.2.cap.57.incip.cum Poteſtas.

56 † Quinquageſimoſexto partes compelli poſſunt per Iudices ad concordiam & pacem in cauſa criminali Bart.in l.congruit, in fine, de officio præſi. & Abb.in rubri.de tregua & pace Butr.in.c.1.de mutuis petitionibus, quod intellige prædicta antequam naſcatur delictum, vt eſt tex.in.l.denunciamus.C. de ĳs qui ad eccleſias confu. & in.l.illicitas.§.ne potentiores, & ibi Bar.de officio pręſi. Bald. in.l. ex ſtipulatione.C. de ſenten. & in.d.l. ęquiſſimum.ff. de vſufru.& Saly.in octaua poſitio.l.tranſigere.C.de tranſactio.& ibi Alexan.

57 † Quinquageſimoſeptimo Princeps poteſt cogere litigantes ad pacem, concordiam & ad cōpromittendum, vt pulchre dicit Innocen.in.d.ca. cum inter. R. in primis ver.de electione, & ibi

Abbas in primo notab. dicens non reperiri ita expreſſe alibi Pau. de caſtr. in l. quidam exiſtimauerunt. 2. col. ff. ſi certum petatur, & hoc limita vt per Butr. in c. 1. ad finem de mutuis petitionib. idē Abbas in c. cum pridem. de pact. in. in vlt. no.

58 † Quinquageſimooctauo Roma. poſt Angel. in l. ij. §. ex ijs in quinta. colum. ibi ſed ſuccedit dubitatio. ff. de verb. obliga. quod licet partes non cōpellantur ad concordiam quando diſcordia tendit ſolum ad eorum incommodum, vt ibi per Bart. tamen vbi ex ea cauſaret rixa vel probabiliter dubitaretur, ne venirent ad arma tunc iudex eos cōpellet ad concordiam per. d. l. equisſimum, & idē imo. in. d. §. ex his, in. 4. colum.

59 † Quinquageſimonono vbi diſcordia aliquorū tendit ad incommodum alterius tunc poteſt implorari officium iudicis vt cogat eos ad concordiam, vt Bart. poſt. Oldr. in. d. l. ij. §. ex ijs. de ver. obli. Bar. in. l. huiuſmodi. §. fi. de lega. 1. & plene per Fely. in rub. de tregua & pace in. 6. fallen.

60 † Sexageſimo quando eſt diſcordia inter perſonas inſignes ex qua reſpu. turbatur poſſunt compelli perſonæ ad pacem; & concordiam, vt per Bald. & Angel. in. d. l. equiſſimum, per tex. in. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capt. Bal. in. l. 1. §. quies. ff. de offi. pręfect. vrb. Abbas in rubrica de tregua & pace, Bar. in. l. ambitioſa, in. 4. colu. ibi declaremus iſtas, nume. 18. ff. de decre. abor. facien. Ang. in. l. ſi fur. C. de vſufru.

61 † Sexageſimoprimo. Bar. i. l. de die, in prin. ff. qui ſatiſdare cogantur quod ſi partes coactæ per ſtatutum certo caſu facere pacem neſciunt tamen capitulare ipſam iudex eā capitulabit, & ibi Alex. in. 2. & 3. notab.

62 † Sexageſimoſecũdo in omnibus caſibus in qui bus partes compelli poſſunt ad pacem, compelli poſſunt etiam ad treguam ita ſing. dicit Abbas in rub. de treg. & pace.

63 † Sexageſimotertio gl. 1. in. c. ſtudẽdũ. 90. diſtin. dicit ꝙ partes inducuntur ad pacem quando ciuiliter agitur de crimine iniuriarũ, vel de damno dato ſecus vbi ageretur de crimine, mere criminali hoc idem voluit Archid. in. d. c. ſtudendum, quod in priuatis criminibus poteſt induci concordia nõ in publicis iudicijs, nõ enim diſpenſare poteſt, vel componit, vt vir vxore dimiſſa aliam habeat. ca: fina. de tranſactio. vel vt monachus habeat quid proprij, vt Bal. in. l. ſtipulatione. C. de ſenten.

64 † Sexageſimoquarto pro pace facta commune remittere poteſt damna ſingulorum, Innocen. in. c. in noſtra, de iniurijs hoc tamen verũ ſi ſinguli cõ ſenſerunt ſtatuto, & iurauerũt. ſ. in caſu. in. d. ca. in noſtra, refert Bal. in margarita in verbo guerra.

65 † Sexageſimoquinto pacis vigore multa conceduntur, quę de iure fieri non poſſunt, quia quicquid fit propter pacem, legis habet rigorem. Bal. in conſil. 213. in fine incip. quidam nobilis, in tertia parte conſiliorum vbi limitat gloſ. fin. circa finem. in. l. talis ſcriptura. ff. de lega. primo, q̃ dicit quod fictio non retrotrahitur ad ea quę ſunt impoſſibilia fallit in cõuctione legitima, quæ fit propter pacem & illam gloſ. magnifecit idem Bal. in. c. innotuit, de electione, & in cap. cum conſuetudinis, de conſuetu. & in. c. contingit, de dolo & contuma. & in. l. ſiue poſſidetis, C. de proba. et in rubrica procuratio. extraordina. 2. colum.

66 † Sexageſimoſexto pax rumpitur propter minas, et ideo ſiquis pacem fecerit cum Sempronio,

& ille minas fecerit punitur pœna pacis ruptæ, vt voluit Angel.in.l.ſi cum exceptions,in.§.ſatis. ff.quod met. cau. Mar.in.l. is qui cum tello, nu. 8.C.ad legem.cor.de ſicca.fol.8.

67 † Sexageſimoſeptimo adduco tibi Petrũ de ancha.in conſi.74.incipien.viſo diligenter inſtrumẽto vbi conſuluit quod procurator conſtitutus ad faciendam pacem et concordiam ſi pactus ſit, ꝙ eius dominus ac filij non posſit ſtare vel morari in ciuitate, et comitatu talis procurator non poterit hoc facere virtute talis procuratorij per motiua ibi per eũ adducta, et pro iſta qõne eſt bonus tex.in argu.in.c.veniens,de iureiur.

68 † Sexageſimooctauo.Ange.conſil.266.incipien. inter capitula pacis cõſuluit de pace ducis Mediolani, et communis Florentiæ, et eundem conſil. 289. vbi conſuluit de pace facta inter Domi.Venetos,et Ianuenſes, circa capitula pacis inter eos circa quorum aliqua dubitabantur an Ianuenſes poſſent nauigare bona fide in gulfo Venetorum, & an poterant applicare libere ad portum Venetorum in dicto gulfo,et an poterant cogi ſoluere maiora datia ſolito.

69 † Sexageſimonono Barb. in conſil.38. in primo volumi.incip. Paralipomenum,et viſo puncto in nona colum.vbi ſi firmata pace inter duos reges, et mota guerra per alterum eorum contra tertiũ Principem, ſi iſte tertius ſubijciatur vel adhęreat regi videtur, et ipſe tertio cũ eius hoſte pacificatus, terminat quod ſic ꝑ plura motiua,et adducit Ioan.Andr.in additio.Specula.de tregua et pace, in penul.quæſtione.

70 † Septuageſimo Barba.in conſil.11.incipien.illud afferram in medium, ſecunda colum. in ſecundo

volum. vbi dicit quod pacis gratia quædam ſunt ſpecialiter præmiſſa, & eundem in conſil. 24. incip. clementisſime dei patris, in. 4. colum. eod. vol. quod epiſcopus loci per cenſuram eccleſiaſticam poteſt compellere litigantes asſiduos etiam non ſubditos ad concordiam, & imponere finem liti iſta eſt. gloſ. valde nota. in. ca. placuit. 90. diſtin. iuncta glo. in. l. equisſimum. ff. de vſuſru.

